Z
208

R. BIBLIOTECA
NAZ. CENTR.
204
1 B
14
VITT. EMAN. II
ROMA

Digitized by Google

204. 1. B. 14

# Scriptū Joānis Duns

Scoti doc. subtilis. ord. mi. sup p̄mo sniar. ātea vitio impssor depravatū: nūc ṽo a multifariis erroribꝰ purgatū: p̄stineq; itegritati restitutū. Cui tabula vniuersaz autoris octo sectiōibꝰ i se cōtinēs sciētiā subnectitur: ab excellētissi. doc. Ant. de Fātis Taruisino icredibili serie miroq; ingenio elaborata: proximis his diebus absolutissime in lucez editum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

16

¶ Frater Joānes Clarola or.min.obser.Reg.fratri Bñdicto de bñdictis Dalmate: Theologice facultatis in vbe pfessori clarissimo cōfratri suo. S.p.D.

Solēt ꝯplurimi: Uir doctissime q̄ in publicādis: dicādisve alioꝝ libris aliq̄d labōris insumpsere: Illud in ꝑmis curare vt Authorē ipm labōrib⁹ accumulēt: ꝛ labores suos lectorib⁹ maxime studeāt cōmēdare. Hoc neutrū mihi in hac vltima: ꝛ ꝓpterea (iurta ꝓuerbium) optima subtilis doctoris editione faciēdū existimaui. Primū q̄dē eo libētius omisi: ꝛ q⁹ ipsi⁹ authoris laus: ꝛ encomiū nō tm meas. i. viri mediocriter eruditi: et nō satis in dicēdo exercitati vires: Uerūetiā facūdissimi cuiusq⁹ oratoris exce dāt facillime: ꝛ q⁹ publica viri virt⁹: q̄ inter hūanaꝝ: diuinarūq; rerū interpretes iādiu citra ꝓtrouersiā ꝑmas ꝓtes obtinet: ꝑuata laudatiōe nō indigeat. Hoc accedit q⁹ ꝛ tecū loquor: q̄ si ꝑsiā est: q̄ Scotice discipline abyssum: ad imū vsq; penetrauerit: tu sane ille mihi iudicandus es. Absit igit: vt mihi adscribat q̄s peripatetico phormioni vitio datū ē: q̄ coīā Annibale discipline militaris duce callētissimo de militia disserere ausus est. Alterū q̄z iure ꝓtereūdū putaui: q̄nq̄dē ipm bñ agere est sibūpsi laus cumulatissima: ꝛ per se pulcherrima merces. Unū tn q̄s eēt: vel negligētis: vel iuidi: ꝛ aliene laudis vsurpatoris clādestini nō subticebo. Un⁹ em̄ ex discipulis nr̄is authoris ꝛ ipse studiosissim⁹: iāpridē ement⁹ et merito inter Scotice eruditiōis eruditos ꝑnumerādus tm̄ laboris: ꝛ vigiliaꝝ adhibuit: ne impressoꝝ castigatissimū deesset exēplar: vt iā ad pfectissimā doctoris nr̄i editionē nihil oīno ꝓter impressoꝝ diligētiā desiderari possevideret. Oēs q̄dē q̄ hactenus diuinū hoc op⁹ impressū et liminari pagina sese diligētissimos fuisse polliceā. Q̄s tn̄ nemo adhuc: quē ego videri (plures em̄ curiose ispexim⁹) vel mediocriter ꝑstitit. Nā ꝛ q̄ emēdatissimi credūt codices: i his impressoꝝ vitio vltra viginti errores in ꝑmis pagellis adnotauim⁹. Hāc aūt editionē: quātū hūane diligētie attribui ꝓt: credim⁹ ꝛ curiosis: delicatisq; lectorib⁹: vl̄ ad mimū q̄dz nauseātib⁹: vnde quaq; satisfactura. Nā ꝛ hȳ q̄z ipēsis op⁹ ꝑmebat: vt sunt ꝑbati viri: ꝛ bone fidei tenaces: honoris: ꝛ bone fame honesti appetitores nullis sumptibus pepcerūt: q̄ studiosis opis: ꝛ supme ꝟitatis solicitis indagatoribꝫ poti⁹ satisfaceret: q̄ ꝓtijs rei fa. augēdis cōmodis ꝓfulerēt: q̄s plurimos i bonaꝝ artiū maximū detrimētū factitasse oīb⁹ frātis ꝛ dolēdū ꝛ deplorādū ē. Ecce igit humanissi. pr̄: ꝛ theologice ꝟitatis ꝓfessor clarissime: mihi aūt semp obseruāde: Scotū tuū nouissime ad te pdeūtē totū lucidū ꝛ triplici dote exornatū. Nā gr̄a exēplaris scrupulose correcti: ꝛ correctoris impressorie officine linceis (vt dici solet) oculis ꝑspectis: et eoꝝ q̄z pssus est sumptui nō pcētiū emēdatissim⁹ exyt. Affert ꝛ scōas dotes indicē. i. ꝛ sections illas excellētissimi doctoris Anto. de Frātis bone frugis plenū. Adde et collatiōes q̄sdā eiusdē Sco. nō minus vtiles nusq; antea in Italia formis tradi tas. Et ne q̄d deesset cōsummatissimo opi tuo ipulsu: te duce: te inuētore: vt tāt⁹ diuinaꝝ rer⁹ thesaur⁹ oīb⁹ ꝛ vbiq; fieret cōicabilis i forma enchiridiū tibi: q̄s sum mope desideratū ad oīm: ꝛ ꝑsertim diuini eloquij ꝑdicatoꝝ: utilitatē ꝛ totiꝰ orbis salutē elegātissim⁹ occurret. Quid em̄ libroꝝ vltra desiderabit: q̄ secū Scotū ipsum: vbiq; comitē citra oē ipedimētū habuerit? Tu igit pr̄ optime iudicabis: q̄ solus in hoc ope totus oculeus es: ii ꝑstat: q̄s vere in Frōtispicio ꝑmisimus.

Uale nr̄i memor in dño Jesu: ex edibus nr̄is. s. Jacobi apud Ticinū. 16. kal. Augusti: Uirginei partus salutiferi Anno. M.cccc.xvij.

Nō q̄ gelasium sco. Debet ꝛupponi: ꝛ q̄ hō ꝛordinat⁹ adeo ad bēatitudinē: ꝛ q̄ uelit ipsa effectuare: 3° q̄sit agēs ꝛoperans ꝓ illas gr̄az actu: ad excludēdū q̄ d' sine aquo non ꝑ dari: ꝛsic nō sort ꝓ statu nātā cogitio talis. ꝛet pueris post baptismā dr̄ebatis? Nō

# Prologi Sniaꝝ Scriptū primū

a Joanne Duns Scoto doctore subtilissimo ordinis minorū: ac olm theologoꝝ principe sup primo Sententiarum editum: Fauste occipit.

## Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nr̄a cū paupcula in gazophilatium dn̄i mittere. ꝛc.

Circa ꝓlogū huius p̄mi libri sententiarū querunt q̄nq̄. ¶ Primum de necessitate huius doctrine: et spectat ad genꝰ cause efficiētis. Et est q̄stio. Utrū necessariū sit hoī: ꝓ statu isto: aliquā doctrinā specialē: supnaturaliter ispirari? ¶ Scd̄m spectat ad genꝰ cāe formalis. Et est qō. Utrū cognitio supnaturalis necessaria viatori: tradita sit sufficiēter in sacra scriptura? ¶ Tertiū spectat ad genꝰ cāe materialis. Et est qō. Utrū theologia sit de deo: tāq̄ de subiecto primo? ¶ Quartū ꝛ q̄ntū ꝑtinēt ad genꝰ cāe finalis. Et est q̄rta qō. Utrū theologia sit practica? ¶ Quinta vero questio. Utrū ex ordine



ad praxim: vt ad finem dicatur per se scientia practica?

## Questio. I.

Primo q̄ritur. Utrum hoī pro statu isto sit necessarium aliquā doctrinā spālē supnaturalr̄ ispirari: ad quā vcz nō possit attingere: lumine naturali intellectꝰ? Et vr̄ ꝙ nō sic. Oīs potētia habēs aliqd̄ cōe ꝓ p̄mo obiecto naturali p̄t ī q̄dlibet cōtētū sub illo: sicut ī ꝑ se obiectū naturale. Hoc pz ꝑ exēplū de p̄mo obiecto visus: ꝛ alijs ꝯtētis sub illo. Et ita īductiue in alijs obiectꝭ p̄mis ꝛ potētijs. Pz ēt ꝑ rōnē: qꝛ primū obiectū d̄r qd̄ est adeq̄tū potētie: sz si ī aliq̄ eēt rō eiꝰ circa qd̄ ñ posset potētia hr̄e actū nālr̄, nō eēt potētie adeq̄tū sz excederet potētiā. pz ḡ maior. Sz p̄mū obiectū itellꝰ nr̄i nāle est ens īquātū ens. ḡ itellectꝰ nr̄ p̄t nāliter hr̄e actū circa q̄dcūq̄ ens: ꝛ sic circa q̄dcūq̄ itelligibile ēt circa nō ens: qꝛ negatio cognoscit̄ ꝑ affirmationē. ḡ ꝛc. ꝓbatio minorꝭ. Aui. 1. me. c. 5. Ens ꝛ res p̄ma impressiōe īprimunt̄ in aīaz: nec p̄nt māifestari ex alijs. Si aūt eēt aliq̄d alid̄ ab istis p̄mū obm: ista possent māifestari ꝑ rōnē illiꝰ: sz hoc ē īpossibile. ḡ. ¶ Preterea: sensꝰ nō īdiget aliq̄ cognitiōe supnāli ꝓ isto statu. ḡ nec itellꝰ. añs pz. ꝓbatio ꝯn̄tie. Natura nō deficit ī nec̄ijs. 3. de aīa. ꝛ si ī īpfectis nō deficit: multo magꝭ nec ī ꝑfectis. ḡ si ñ deficit ī potētijs īferioribꝰ quātū ad nec̄ia eis: ꝑꝑ actꝰ suos hn̄dos: ꝛ finē eaꝝ ꝯsequēdū: multo magꝭ ñ deficit ī nec̄ijs potētie supiori

4. meta. t. c. 2. ꝛ. 16 ꝛ. 2. pi ermenias ad fi.

T. cō. 45.

ad actū suū: ⁊ finē ꝯsequēdū: ꝑ ⁊c. ¶ Preterea. si aliq̄ tal' doctrina sit nec̄ia: hoc ē: qꝛ potētia in puris nālib⁹ est ipropoꝛtionata obō: vt sic cognoscibili: ꝑ opꝫ ꝙ ꝑ aliq̄d aliō a se fiat ei ꝓpoꝛtionata: illō aliō. aut est nāle aut supnaturale. si ē nāle. ꝑ totū est ipropoꝛtionatū obiecto prio: si supnāle: ꝑ potētia ē ipropoꝛtionata illi: ⁊ ita sequit ꝙ ꝑ aliō oꝫ ei ꝓpoꝛtionari: ⁊ sic in ifinitū: cū ꝑ nō sit ꝓcedere i ifinitū. 2. me. opꝫ stare in prio dicēdo ꝙ potētia intellectiua sit ex se ꝓpoꝛtionata oi cognoscibili ⁊ ꝟꝫ omneꝫ moduꝫ cognoscibilis quare ⁊c.

t. c. 5. ⁊ inde.

**Ad oppositū** scd̄a Thimo. 3. in fine. Ois scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis ē ad docēdū. ad arguēdū ⁊c. ¶ Preterea Baruch. 3. de sapiētia dr. Nō ē q̄ possit scire vias ei⁹ sꝫ q̄ scit vniuersa nouit eā: ꝑ null⁹ ali⁹ pōt hr̄e eā nisi asciēte vniuersa: hoc q̄ꝫtū ad nec̄itatē de facto subdit Tradidit eā Jacob puero suo: ⁊ israel dilecto suo hoc q̄ꝫtū ad vet⁹ testm̄: ⁊ sequit. Post hoc in terris visus ē: ⁊ cū hoibus conuersatus est. s. qn̄ tradidit eaꝫ q̄ ad nouum testamentum.

opinio arist. ⁊ seq̄ciū.

**In ista** .q. vr̄ eē ꝯtrouersia inter ph̄os ⁊ theologos. Tenēt em̄ ph̄i ꝑfectionē nāe: ⁊ negāt ꝑfectionē supernaturalē. Theologi ꝟo cognoscūt defectū nāe: ⁊ necessitatē gr̄e: ⁊ ꝑfectionū supnāliū. Diceret ꝑ ph̄s ꝙ nulla ē cognitio supernālis hoi nec̄ia ꝓ isto statu: sꝫ ꝙ oēꝫ notitiā sibi nec̄iam possꝫ acq̄rere ex actiōe cārū naturalium. ¶ Ad hoc adducit sil' auctoritas ⁊ rō ph̄i ex diuersis locis. prio ꝑ illō. 3. de aia. vbi dicit ꝙ intell's agēs ē q̄ ē oīa facere: ⁊ intell's polis ē q̄ ē oīa fieri Ex hoc arguit sic. Actiuo nāli ⁊ passiuo debite approximatis et non ipeditis nec̄io sequit actio: qꝛ nō dependet eēntialr nisi ab eis tāq̄ꝫ a cāis ꝓoꝛib⁹. Actiuuꝫ aūt respectu oiꝫ intelligibiliū ē intell's agēs ⁊ passiuū ē intell's polis: ⁊ hec sunt nāliter in aia: nec sunt ipedita. ptꝫ ꝑ ꝙ ꝟtute nāli istoꝛū pōt seq̄ act⁹ intelligēdi respectu cuiuscūqꝫ intelligibilis. ¶ Cōfirmatr̄ō. oī potētie passiue nāli coꝛrespōdet aliq̄d actiuū nāle alioq̄n videret potētia passiua eē frustra i nā: si ꝑ nihil in natura possꝫ reduci ad actuꝫ sꝫ intell's polis ē potētia passiua ⁊ nālis respectu quoꝛūcūqꝫ intelligibiliū. ꝑ coꝛrespōdet sibi aliq̄ potētia actiua nālis: sequitur ꝑ ꝓpositū minoꝛ. pꝫ: qꝛ intellect⁹ polis naturalr appetit cognitionē cuiuscūqꝫ cognoscibilis nāliter ēt ꝑficit ꝑ quācunqꝫ cognitionē. ꝑ ē nāliter receptiuus cuiuscūqꝫ intellīōis. ¶ Preterea. 6. met. diuidit scia speculatiua in metaphysicā ⁊ physicā siue nālē ⁊ mathematicā. Et ex ꝓbatiōe hui⁹ ibidē: nō vr̄ possibile plures habit⁹ eē speculatiuos qꝛ in istis cōsiderat de toto ente ⁊ in se ⁊ q̄ ad oēs ꝑtes ei⁹ sicut aūt nō possꝫ eē aliqua alia scia speculatiua ab istis. sic nec practica aliq̄ alia a practicis acquisitis actiuis ⁊ factiuis: ꝑ scie practice acquisite sufficiūt ad ꝑficiēdū intellectū practicū: ⁊ speculatiue acq̄site sufficiūt ad ꝑficiēdū intellectū speculatiuum. ¶ Preterea potēs naturalr intelligere principiū pōt naturalr

9. met. t. c. 10. ⁊ inde.

primo de ce. ⁊ mūdo ꝯ pla. ⁊ 3. de aia. te. c. 18.

in pro. lo. ꝑmi met. T. c. 2.

t. c. 18.

cognoscere ꝛ intelligere cõclusiões inclusas in ꝓncipio. hanc ꝓpo: q: scia ꝛclusionũ nõ depẽdet nisi ex intellectu ꝓncipũ: ꝛ ex deductiõe ꝛclusionũ ex principio. sicẽ ꝑz ex diffinitiõe scire ꝓtio posterior: ꝫ deductio ẽ ex se manifesta: sicut ꝑz ex diffinitiõe syllogismi ꝓfecti. ꝓtio priorũ: q: nullꝰ ẽ indigẽs vt appeat euidẽter nẽcius: ḡ si principia intelligũtur ꝛ deductio manifesta ex se: hñr oia que sunt nẽcia ad sciam cõclusionis. ꝓtz ḡ maior. Sz nãliter itelligimꝰ ꝓncipia prima: in ꝙbꝰ virtualr includuntur oes cõclusiões scibiles. ḡ naturalr possumꝰ scire oẽs cõclusiões istas scibiles. ꝓbatio ꝓtie ptis minoris: q: termini ꝓmorũ principiorꝫ sunt cõmunissimi ḡ istos possumꝰ naturalr intelligere: q: ex. 1. physi. cõmunissima nobis ꝓtio intelligũtur ꝓncipia aũt cognoscimꝰ inquãtus terminos cognoscimꝰ: ꝓtio posteriorũ: ḡ ꝓncipia prima possumus nãliter cognoscere. ꝓbatio sede ptis minoris: q: termini ꝓmorũ principiorũ sunt cõissimi: ḡ qñ distribuuntur distribuunt ꝙ olbꝰ cõceptibꝰ inferioribꝰ: accipiunt aũt tales termini: vlr in primis ꝓncipijs: ꝛ ita extẽdũt se ad oẽs cõceptꝰ ꝑticulares: ꝙ ꝑns ad extrema olim specialium conclusionum. quare ꝛc.

t.c.5.

t.c.1. nullus

t.c.2.ꝛ 4.

t.c.6.

A Notabile documentũ doctoris ꝙ rõni busad ducendis

¶ Nota q: nullũ supernãle potest rõe nãli ognosci inesse viatori: vel nẽcio reqrit ad ꝑfectionẽ eiꝰ nec ẽt hñs põt cognoscere illũ sibi inesse: igr impoꝫe ẽ hoc pbare ex phm rõe nãli. Si aũt arguit ex creditis: nõ e st via ex phm: qr ꝓmissꝫ creditã non cõcederet. Uñ rones hic facte cõtra eũ alterã ꝓmissarũ hñt creditã vl pbatã ex creditis. ꝛ iõ nõ sunt sibi nisi ꝓsuasiões theologice ex credit ad creditũ

phos ꝓtũcõ clude re vaꝫ leant.

**Cõtra** istam positionem põt argui tripl. ¶ ꝓtio sic. oĩ agẽti ꝙ cognitionẽ nẽcia ẽ distincta cognitio sui finis. hãc ꝙ: q: agẽs ꝙ finẽ agit ex appetitu finis: ꝛ oẽ ꝙ se agẽs agit ꝙ finem: ḡ oẽ ꝙ se agẽs suo mõappetit finẽ: ḡ sicut agẽti nãli ẽ necessari appetitꝰ finis ꝙ quẽ dz agere: ita agẽti ꝙ cognitionẽ (qõ ẽt ꝙ se agens ex. 2. physi.) necessari ẽ appetitus finis ꝙ quẽ dz agere: q sequtur cognitionẽ: ptz ḡ maior. Sz hõ non põt scire ex nãlibus finẽ suũ distincte: ḡ nẽcia ẽ sibi de hoc tradi aliã cognitio supnaturalis minor ꝓbat: ꝓtio qr phs eqũs nãle rõnẽ: aut ponit felicitatẽ eẽ ꝑfectã in cognitiõe substãtiarũ sepatarũ acquisita sicut vꝫ dicere. 1. ethicorũ. ꝛ. 10. aut si determinate asserit istaz eẽ supremã nobis possibilẽ: aliã tñ rõe nãli nõ cõcludit ita q: solli rõi nãli innitẽdo vel errabit circa finẽ in ꝑticulari vel dubiꝰ remanebit: vñ. 1. ethi. c. 13. dubitãdo ait. Siquidẽ igr ꝛ aliõ aliq; qõ deorũ ẽ donũ hoibꝰ rõnabile ẽ felicitatẽdei datũ eẽ. ꝛ maxime hũanorũ ꝙto optimum.

¶ Scdo ꝓbat eadẽ minor ꝓ nẽ: q: nulliꝰ substãtie finis ꝓprius cognoscit a nobis: nisi ex actibꝰ eiꝰ nobis manifestis: ex ꝙbꝰ ofidit q: talis finis sit cõueniẽs tali nãe: nullos aũt actꝰ experimur: nec cognoscimꝰ inesse nãe nr̃e in statu suo ex ꝙbꝰ cognoscamꝰ visiõnẽ substãtiarum separatarũ eẽ cõueniẽtẽ nobis:

B

# Prologi

ergo nō possum⁹ nāliter cognoscere distincte. q̄ iste finis sit cōuenies nāe nr̄e. hoc saltē certū ē q̄ q̄dā cōditiōes finis: pp̄ quas ē appetibiliores ⁊ feruēti⁹ inquirēdus: nō p̄t determinate cōcludi rōe nāli. Et si esset dare⁹ q̄ rō nālis sufficeret ad p̄bādū: q̄ visio nuda: ⁊ fruitio dei ē finis homīnis: tm̄ nō ꝛcluderet q̄ illa p petuo cōueniāt hoi pfecto in corpore ⁊ alia: sīc dicēt in. 4. di. 43. Et tm̄ ppetuitas huius boni ē cōditio reddēs finē appetibiliorē q̄s si eēt trāsitoriū. Cōsequēter hoc bonū in nā pfecta appetibilius ē q̄s in alia separata: sīc p̄z p Aug. 12. sup genesim. Istas q̄ ⁊ sīles cōditiōes finis necessariū ē nosse ad efficaciter inq̄rēdū finem ⁊ tm̄ ad eas cognoscēdas nō sufficit rō nālis. g̃ requirit doctrina supnāliter tradita. Cōsequēs cōsequens sic. Quia cognoscēti agenti pp̄ finē necessaria ē triplex cognitio. p̄mo quō ⁊ qualr̄ finis acq̄rat. scōo cognitio oīs q̄ sunt nēcia ad finē. tertio ē necessariū cognoscere q̄ oia ista sufficiāt ad talē finē. Primū p̄z: q̄ si nesciat quōfinis acq̄rat nesciet qualr̄ ad cōsecutionē illi⁹ se disponat. scōm p̄bat: q̄ si nesciat oia necessaria ad ip̄z finē pp̄ ignorātiā aliquis necessariū potent a fine deficere. Et ēt q̄s tū ad tertiū si nesciat ista nēcia sufficere dubitādo se ignorare aliq̄d necessariū nō efficaciter p̄sequtur illud: q̄d ē necessariū. S3 hec tria non p̄t viator rōe nāli cognoscere. probatio p̄mi: q̄ beatitudo cōsert tāq̄ p̄miū p meritis ei⁹ quē deacceptat tāq̄ dignū tali p̄mio. Et p ans nulla nāli nēcitate sequit ad act⁹ nr̄os ālesciūq̄: s3 cō

Qr̄ p barinō p̄t im mortalitas alē rōnalis nāli rōne. vt p3 dis. 49. q̄r ti. q. 6.

C

# Sententiarum

tingēter dat⁹ a deo act⁹ aliq̄s in ordine ad ip̄z tāq̄ meritorios ac ceptāte. hoc aūt nō ē nāliter scibile: vt vr̄: q̄ in hoc errabant phi ponētes oia q̄ sūt a deo imedia te eē ab eo necessario: saltē alia duo mēbra sūt manifesta. Nō em̄ p̄t sciri nāliter acceptatio voluntat⁹ dīne: vt puta tāq̄ ptigēter acceptātis talia vel talia dignavita eterna. Et q̄ ēt illa sufficiāt: cōpēdet mere ex volūtate diuina circa ea ad q̄ptigēter se hz: ⁊c.

## Cōtra istas duas rōnes

instat. ⁊ p̄mo 2tra primā sic. Ois nā cāta ēentialr̄ dependet a qualitet p se cā eius Et ppter talē dependentiā ex cāto cognito p̄t demōstratiōe: q̄ q̄ lybet ei⁹ p se cā cognosci: ergo cū nā hois sit hoi naturalr̄ cognoscibilis: q̄ nō ē potētie cognitiue p̄portionalis: sequit q̄ ex ista natura cognita possit q̄tariliter cognosci finis illi⁹ nature P Cōfirmāt rō: q̄ si ex nā inferiori cognita cognoscit ei⁹ finis nō min⁹ hoc ē pōse in ppōsito: q̄ nec mior dependētia ē finiti in ppōsito ad suū finē q̄s in alijs. Ex hac ēt rōne vr̄ q̄ falsa sit ista ppositio: finis subē nō cognoscit nisi ex actib⁹ ei⁹: q̄ assumebat in p̄batione minoris: q̄ ex cognitiōe nāe in se: p̄t finis ei⁹ cognosci demōstratione q̄. Cōsequēs aūt dicat q̄ rō ꝛcludit hō minē nāliter posse cognoscere suū finē nāturalē: nō aūt supnaturalē. Cōtra Aug. p̄mo de p̄destinatiōe sctōr. c. 4. proinde inqt posse hr̄e fidem sicut posse hr̄e charitatē nāe ē hoiz: hr̄e aūt fidē quēadmodū hr̄e charitatē grē ē fideliū. Si igr̄ nā hois est naturalr̄ cognoscibilis hoi na-

1. poste rio. t. c. 30.

1. natu rales ſ. supnāles.

turalr ẽt erit cognoscibilis ista potẽtia: vt est talis nãt p ꝓs ordinabilitas talis nãe ad finẽ ad quẽ fidẽs ⁊ charitas dispo nit. ¶Itẽ hõ naturalr appetit fi nẽ istũ. quẽ dicis supnaturalez igr ad istũ nãlr ordiat: g ex tali ordine põt cõcludi iste finis ex cognitiõe nãe ordiate ad ipsum ¶Itẽ nãlr cognoscibile ẽ primũ obm intellectꝰ ẽ ens fm Aui. Et naturalr ẽcognoscibile ideo ꝑfectissime saluari rõnẽ entis: finisaũt cuiuscũqꝫ potẽtie ẽ optimũ eoꝝ q̃ cõtinẽtur sub eiꝰ obo ꝓio. qz in illo solo ẽ ꝑfecta de tanto ⁊ vltertanto &c. ethica. igr nãliter cognoscibile ẽ hoiez ordinari fm intellectũ ad deuz tãq̃ ad finẽ. ℣ Confirmat rõ qz cui naturalr ẽ cognoscibilis po tẽtia aliq̃: sibi naturalr ẽ cognoscibile: q̃d sit eiꝰ obiectũ primũ. Et vlteriꝰ põt cognoscere i quo ꝑfectissime: tale eñ est finis po tẽtie: mẽs aũt nota ẽ sibi ꝛz augu. 14. de tri. c. 4 igr notũ ẽ sibi q̃d sit ẽt eiꝰ primũ obiectum. Et nouit deũ nõ excedere rõnẽ illiusmi obi i. qz tũc nullo modo cẽt ab ipsa mẽte intelligibilis: g nouit deũ eẽ optimũ: in q̃ saluatur rõ sui pmi obi. Et ita nouit ipm eẽ finẽ potẽtie. ¶Cõtra sẽcũdã rõnẽ arguit sic. Si ꝓ vnũ extremũ cognoscit aliũ extremũ g ꝛm mediũ: ꝛz necessaria ad cõsequẽdũ finẽ sunt media inter naturã ⁊ finẽ suũ cõsequendũ. igr cũ ex cognitione nãe possit cognosci finis nãe: fm pus ꝓbata vt qsiꝫ possint cognosci media nẽcia ad finẽ. ¶Confirmat rõ. ita eñ in ꝓposito entiũ ad finẽ vt ẽ nẽcia ꝛnexio ad ipm finez sic in alijs: ꝛz ꝓp talẽ ꝛnexionẽ in alijs: ex fine cognoscũt illa q̃ sunt ad finẽ nẽcia: sicut ꝓ rõnez sanitatis cõcludit talia ⁊ talia requiri ad sanitatẽ: ergo ꝛc.

## Ad primũ

ℓz ꝓcedat subiectiue q. de ẽ finẽ q̃ est cto et. cã finalis: nõ de fine attingẽdo q. de ꝓoperatõez: quoꝝ finiũ distinctio ꝓtari. dicet infra. Potest tñ ad istud ⁊ ⁊ di. i. ad sequs de Angu. Et ad ter- q. 2. ⁊ 4. dis, tiũ de potẽtia ꝓmo obiecto di- 48. q. ci vnica rẽspõsione: q̃ oia acci- piũt nr̃az naturã: vt potẽtia in 2. ⁊ 4. tellectiua esse a nobis cognosci 9. q. 8. bilẽ naturaliter. qõ falsuz ẽ sub ratione illa rõne ꝓpria ꝛspãli: sub q̃ ad remati talẽ finẽ ordinat: ꝛsub q̃ capax ẽ bus. gre cõsumate: ⁊ sub q̃ hz deũ ꝓ D ꝑfectissimo obiecto. Non. n. co- q. 1. ⁊ 3 gnoscit aia a nobis: nec nã nr̃a ꝓ statu isto nisi ꝛõ rõe aliq̃ gñe s. li abstrahibili assensibilibꝰ: sicut patebit infra di. 3. Et ꝛz talẽ rõnẽ generalẽ nõ cõuenit sibi ordinari ad talẽ finẽ: nec posse capere gr̃az: nec hẽr sic deũ ꝓ obiecto perfectissimo. Tũc ad formã argumẽti cũ dicit q̃ ex ẽte ad finẽ põt cognosci finis demõstratiõe qz. Dico q̃ nõ ẽ verũ: nisi cognito illo ẽte ad finẽ sub illa ꝓpria rõne: sub q̃ hz finẽ istũ. Et tũc minor ẽ falsa. Et cũ ꝓbat q̃ ꝓpositionalitatẽ. dico q̃ ℓz mẽs sit ea dẽ sibi: nõ tñ ꝓ statu isto ẽ ꝓpositionalr sibi: tãq̃ obiectũ: nisi fm ꝓ rõnes gñales: q̃ põt abstrahiab imaginabilibꝰ. ℣ Ad ꝓfirmatiõnẽ dico q̃ nec alia ꝛ substãtiaꝝ fines ꝓpriũ cognoscũt: q. ꝛ. sũt eaꝝ ꝛz rões ꝓpas: nisi alicꝫ sint actu manifesti: ex qb̃ cõcludat eadem ad talẽ finẽ. Et exhoc ꝓz ad illũ qõ adducit ℣ ꝓbationẽ mioꝝ q̃ ista ꝓpositionẽ falsa. Nõ co

gnoscit a nobis finis ppriꝰ subē nisi p actꝰ eiꝰ nobis manifestos. Non em accipit ppositio illa q̄ non possit alr cognosci finis. bñ em est verū q̄ si suba sub ppria rōe cognosceret ex natura sic cognita posset eiꝰ cā p se cognosci demōstratiōe qz:sz nō sic cognoscit a nobis aliqua suba nūc: iō nullū finē possumꝰ nūc ꝓcludere ppriū subē nisi p actū euidentē de illa subavt nota i vli ꝛ ꝓfuse.

In ꝓpositio autē deficit tractatiōe via. Sz ꝓbatio minoris tetigit ynāviā de ignoātia actꝰ suppono ēdo aliā de ignoātia nature i se. Ad scōm de Aug. dico q̄ illa potētia hñdi charitatē (vt ipa est) dispō respectu dei i se sub ppria rōne amādi ꝓuenit nature hois fm rōnē spālē: nō cōem sibi et sensibilib⁹. et iō nō ē illa potētialitas naturalr cognoscibilis de hoie: sicut nec hō cognoscit sub illa rōe sub q̄ ē eiꝰ hec potētia. Et ita rndeo ad illud inquātū pōt adduci ad cōclusionē ꝓncipalē. s. oppositū minoris ꝓme rōnis. Sz inquātū adducit ꝑ illā rōnionē de fine naturali ꝛ supnaturali. ꝓcedo deū ē finē naturalē hois: lz nō naturalr adipiscēdū: sed supnaturalr. ꝛ hoc ꝑbat rō sequēs de desiderio naturali quā ꝓcedo. Ad aliō negādū ē illō q̄ assumit. s. q̄ naturalr cognoscimꝰ eius ē ꝑmū obiectū intellectꝰ nr̄i. ꝛ hoc fm totā idiffrētiā entis ad sensibilia ꝛ isensibilia. Et hoc q̄ dicit Aui. nō cōcludit q̄ sit naturalr notū. Vi-

Cō. 4. meta. ca. 3. Ca. 7. et. 8.

scuit em sectam suā q̄ fuit secta Wachometi ꝓhicis. Et q̄dā dicit vt ꝓhica: ꝛ rōe ꝑbata. alia vt ꝓsona sue secte. Un ipe exꝓresse ponit. 9. meta. sue alaz ꝛparatā cognoscere subam imaterialē i se. Et iō sub obiecto ꝑmo intellectꝰ hz ponere subaz imaterialē ꝓtineri. Nō sic Arist. lz fm ipz vr̄ ē ꝑmū obiectū intellectꝰ nr̄i q̄ditas rei sensibilis. ꝛ hoc vel i se sensibilis vel i suo iferiori: hoc ē q̄ditas abstrahibilis a sensibilib⁹.

3dē. 3. di. hus. ius. q. 7. ꝛ. q. 14. q̄li be.

**Arguit** ꝙ hoc sic: q̄ si q̄ditas rei materialis sit obiectū adeq̄tū intellectꝰ: tūc itellis ñ poterit itelligere aliq̄d de substātijs sepatis: q̄ obiectū adeq̄tū vel formalr vl ꝛtualr ꝓtinet oē illō i q̄ potētia pt ferri: lz q̄ditas materialis nec formalr nec ꝛtualr ꝓtinet substasepatas. ꝛc. Rndeo assumptū ñ ē ver: q̄ q̄nq̄ cōia sensibilia. s. nūer⁹: figura: motꝰ magnitudo: ꝛ q̄es: sentiunt avisu p se: ꝛ tñ neutro mō ꝓtinent sub luce vel colore. sufficit em aliqua cōueniētia vel cōmixtanta vnius ad alterum.

de hoc vid. 2. de aia t. c. 63. ꝛ in se quēti bus.

Ad aūt addit de Aug. in ꝓfirmatiōe illi⁹ rōis. Rndeo dico q̄ dictū Augu. dz itelligi de actu ꝑmo sufficiēte ex se ad actū sc̄m: lz tñ nūc ipedit: pp q̄ ipe dimētū actꝰ scōs nō elicit a ꝓio. de hoc aūt ampli⁹ dicet. j. Si ꝓ obijciat ꝑ ista. hō i statu nature ꝛsistitute potuit cognscere naturā suā. igit finē nāe ex deductiōe ꝑme rōis. igr ista cognitio nō ē supnatural. Ite ꝑ rnsionē ad vltimā rōnē: si iō nō cognoscit q̄d sit obiectū ꝑmū itellis: q̄ nō cognoscit itellis sub rōe ꝑpa sub q̄ respicit tale obiectū. g nō ꝑt cognsci de q̄cūq: q̄ ipm sit itelligibile: q: ñ cognscit potētia sub illa rōe: sub q̄ respicit q̄dcūq vt obiectū itelligibile. Rndeo ad ꝑmū rnderet dici q̄lis fuerit co-

Dis. 3. q. 3. ꝛ. 3 dist. 2. q. 8. ꝛ i q̄li. q. 14.

# Questio

Uide ꝙ gnitio hois istituti:qđ vsq; alias 2.dist. differat:saltē respectu viatoꝝ p 3.q.9. statu isto est illa cognitio supna et dist. turali:qz facultatē ei⁹ nālē exce- 21. q.3 dēs:nālē dico fm statuz nature ꝛ in. 3. lapse. ¶Ad scđ̄ ꝙcedo q nō hr̄ di. 14. mō cognitio ō alia vl̄ de alīq ei⁹ q.3.ꝛ i potētia ita distincta:q ex ipa pos 4. dis. sit cogīsci:q aliqđ obiectū tale si 1e. q.ꝛ bi cozrñdeat: sz ex ipo actu qđ et sup exprimur:ꝙcludim⁹ potētiā ꝛ na lib. de turā:cui⁹ iste act⁹ ē:illō respice sia. q. re p obiecto qđ ꝓcipim⁹ attigi p 15. op actū:ita q obiectū potētie nō cō time.ꝛ cludit ex cognitiōe potētie:sz ex cognitiōe act⁹ quē exprimur. Sz de obiecto supnaturali neutrā cognitionez possum⁹ habere. io ibi deficit vtraqz via cognoscēdi finē ppriū illius nature.

# Ad argumentū

¶ Sz scđ̄z rōnē pz:qz supponit qđ dā tā negatū. ¶Ad ꝙfirmationē illi⁹ rōis dico:q qñ finis sectur naturalr ea q̄ fūt ad finē:ꝛ natu ralr pcigit illa: tūc ex fine pñt ꝙcludi ea q̄ sunt ad finē. hic aūt nō est ꝙsecutio nālis:sz tm acce ptatio diuine volūtat̄ ꝙpēsant̄ ista merita:tāq̄ digna tali fine.

# Tertio

¶ Arguit̄ pncipalr ex opiñ. phoꝝ. 6. meta. cognitio subar̄ separata rū ē nobilissima:qz ē circa nobi lissimū genus. ¶ cognitio eoꝝ q̄ sunt ppria eis:ē maxie nobilis ꝛ neēsa. nā illa ppria eis sunt no bilioraꝝ pfectiora cognoscibilia q̄ illa in qb⁹ ꝙuenit cū sensibi Quia libⁱ. Sz illa ꝓpa nō possum⁹ co meta gnoscere ex puris naturalib⁹:ꝓ physi bo:qz si i aliq̄ scia naturalr ponī ca est bili traderent hec ppria.hoc ēt sciarū in metaphysica:sz ipa nō ē pos maxia sibilis naturalr a nob⁹ hr̄i de p



prijs pa ssiōib⁹ istar̄ subar̄ sepa ratar̄:vt ptz dupliꝛ ꝓmo sic:qz illa nō icludunt̄ actualr in ꝓmo subiecto metaphysice.s.in ente. hoc ēt ē qđ dicit phs.1.meta.q opz sapiēte oia cognoscere aliq liter.s.in vli ꝛ nō i ꝑticulari. Et subdit. Qui eñ nouit vlia:nouit aliq̄liter oia subiecta. sapiētē au tē vocat metaphysicā sicut me taphysicā ꝓbat ibi eē sapiētiā.

¶ Scđo ꝓbo rōne:qz nō cogno scunt talia cognitiōe pp qđ:nisi cognoscant ppria subiecta:que subiectā icludūt talia ꝑter qđ. Sz ppria subiecta eoꝝ nō sunt nobis naturalr cognoscibilia. ¶ ꝛc. Nec cogīscunt illa ꝓpa eoꝝ demōstratōe qz:vcz ex effectib⁹ qđ ꝓbat̄ nā effect⁹ vel reliquūt intellectū dubiū q̄ ad ista:vl̄ ad ducūt i errorē. Ad appet ex p ꝓprietatib⁹ ꝓme subē imateriales. ppriet as ei nature ei⁹ ē q̄ sit cōicabilis trib⁹:sz effect⁹ nō ostē dūt istā ꝓpetatē:qz ñ fūt ab ipo iquātū trin⁹. Et si ab effectib⁹ ar guat̄ ad cām:magis ducūt i op positū:ꝛ i errorē:qz in nullo effe ctu inuenīt̄na natura nūero ni si in vno supposito. ppriet as ēt isti⁹ nature ad extra ē cāre ꝛ tin gēter:ꝛ ad oppositū hui⁹ magis deducūt effect⁹ i errorē:sicut ꝓ p opiniōes phoꝝ ponētiū ꝓmū necio cāre. De ppriet atib⁹ etiā aliar̄ subar̄ ꝓ hoc idē:qz effec t⁹ magis ducūt i sempiternita tē:ꝛ eternitatē:ꝛ necessitatē ear̄ q̄ in cōtingētiār̄ nouitatē. Silr videnť phi ex motib⁹ cōcludere: q̄ numer⁹ istar̄ subar̄ separata rū sit fm nūerū moruū celestiū. Silr q̄ ille subē sunt naturalr bte et ipeccabiles:sic phi posue rūt:q̄ ola absurdissima sunt.

Aristi. phe. 1. meta. In p hē. 1. ca. 42. 12. me ta. t. c. 42. non. 42. mobile

Am pli⁹ de his vi de. 8. dis. pri mi. q. 3 2. 7. q. 4. libe.

Hēri. i sum.

Cōtra istā rōnē arguo ⁊ ꝓbo ꝙ q̄cūq; necessaria de substātijs separatis cognoscūtur a nobis nūc ꝑ fidē: siue ꝑ cōem reuelationē pn̄t cognosci cognitiōe naturali. ⁊ hoc sic. Quorūcunq; necessarioꝝ reuelatoꝝ terminos naturalr̄ cognoscim⁹: ⁊ illa possum⁹ naturaliter ꝯprehēdere: sz oim nec̄ioꝝ reuelatoꝝ termios naturalr̄ cognoscim⁹. ḡ ⁊c. Probatio maioris. Illa nec̄ia aut sūt mediata: aut imediata. Si imediata: ḡ cognoscunt̄ cognit̄ terminis. i. poste. Si mediata: ḡ cū possum⁹ cognoscere extrema: possum⁹ cōcipere mediū inter ea: ⁊ tūc ꝯiūgēdo illud mediū cū vtroq; extremo: aut habent̄ p̄misse mediate aut imediate. Si imediate: idez qd̄ pri⁹. Si mediate: ꝓcedemus cōcipiēdo mediū iter extrema: ⁊ cōiūgēdo cū extremis: q̄usq; veniam⁹ ad imediata. igit̄ tādē veniem⁹ ad nec̄ia imediata: q̄ itelligem⁹ ex terminis: ex q̄b⁹ sequūtur oia nec̄ia mediata. ergo ista mediata ꝑ imediata scire poterimus naturalr̄. Probatio minoris principalis: qꝛ hn̄s fidē ⁊ nō hn̄s fidē ꝯdicētes sibijnuicē nō cōtēdūt de noib⁹ tm̄: sz de cōceptib⁹. sicut cū phs ⁊ theologus ꝯdicūt de ista. de⁹ ē trin⁹. vbi nō tm̄ idē nomē: sz eūdē ꝯceptū vn⁹ negat: ⁊ ali⁹ affirmat. ḡ oēm ꝯceptū simplicem: quē iste hz: ⁊ ille hz. ¶ Ad istud rn̄deo. de substātijs separat̄ sunt aliq̄ veritates imediate. accipio tūc aliquā veritatē talē p̄mā: ⁊ imediatā: ⁊ sit a. In ista icludunt̄ multe veritates mediate: puta oēs q̄ ꝑticulariter enūciāt cōia ad p̄dicatū de cōibus ad subiectū: dicant̄. b. c.

¶ c. 6

Qꝛ nō est ꝓcedere i ĩfinitū 1. poste. t. c. 34. et 35.

Ista v̄ra mediata nō hn̄t euidētiā nisi ex illa imediata. ḡ nō sūt nata sciri: nisi ex ista imediata ĩtellecta. Si igit̄ aliq̄s intellect⁹ posset itelligere termios. b. c. et cōponere eos adiuicē: n̄ aūt posset itelligere termios. a. nec per ꝯn̄s ip̄z. a. ¶ tūc erit itellectui suo ꝓpō neutra. Ita ē de nob̄: qꝛ ꝯcept⁹ q̄sdā cōes hēm⁹ de substātijs imaterialib⁹ ⁊ materialib⁹: et istos possum⁹ adiuicē cōponere. Sz iste ꝯplexiōes nō hn̄t euidētiā: nisi ex veris imediatis: q̄ sunt de illis q̄ditatib⁹ sub rōe ꝓpria ⁊ spāli: sub q̄ rōne nō ꝯcipimus istas q̄ditates. ⁊ iō nec scimus illas v̄itates gn̄ales de cōceptib⁹ gn̄alib⁹. ¶ Exēplū. si impossibile ē alicui ꝯcipe triāgulū sub ꝓpria rōe: p̄t tn̄ abstrahere rōnē figure a q̄drāgulo: ⁊ eā ꝯcipere: ĩpossibile ē ēt sibi ꝯcipe primitatē: vt ē ꝓp̄a passio triāguli: qꝛ sic nō ꝯcipit̄ nisi vt abstrahit̄ a triāgulo: tn̄ p̄t p̄mitatē abstrahere ab alijs p̄mitatib⁹ puta innūeris. iste itellect⁹: lz posset formare hāc ꝯplexionē. aliq̄ figura est p̄ma: qꝛ termios ei⁹ p̄t app̄hēdere: tn̄ illa ꝯpō formata erit sibi neutra: qꝛ ista ē mediata iclūsa in ista imediata. triāgul⁹ ē sic p̄m⁹: ⁊ hāc imediatā nō p̄t itelligere: qꝛ nec terminos ei⁹. iō mediatā nō pōt scire: q̄ ex hac imediata tm̄ hz euidētiā. ¶ Per hoc ad argumentū. nego maiorē. ad ꝓbationē dico ꝙ illa nec̄ia sunt mediata. Et cū dicis igr̄ cū possum⁹ cognoscere extrema: possum⁹ ꝯcipe mediū iter extrema. nego ꝯn̄az: qꝛ mediū iter extrema q̄nq; ē essentialr̄ ordinatū: puta qd̄ q̄d ē alteri⁹ extremi: vel passio p̄or respectu posterioris pas-

doctrina phi 1. post. t. c. 13. ⁊ t. cō. 35. et 36.

# Questio

sõis.ꝛ tale ẽ mediũ ad ꝓcluden
dũvir extremũ ꝺ extremo. Cõce
do igit ꝙ ꝺcũꝫ ꝑt itelligere ex
trema ꝑt itelligere tale mediuꝫ
iter talia extrema:ꝙ itell's eius
ꝺcludit i altero extremo:si ẽ pal
sio:vel ẽ idẽ alteri: si ẽ ꝺ ꝺ est
alteri extremi. Si ãt mediuꝫ sit
pticulare ꝓtẽtũ sub altero extre
mo:ꝛ nõ ẽntialr ordiatũ iter ex
trema:tũc nõ ꝺ ꝺ potẽs cõcipe
extrema gñalia:possit ꝓcipe me
diũ particulare:ad illa extrema
gñalia.ita ẽ hic.naz ista ꝺditas
sub rõe ꝓpa ꝛ pticulari hñs pas
sionẽ aliꝯ sibi imediate inherẽ
te ẽ mediũ iferr ad ꝓceptuꝫ sibi
cõez:de ꝙ ꝺ ꝺ illa passio in cõi ac
cepta.ꝛ iõ nõ ẽ mediũ vlr iferẽs
passionẽ ꝺ cõi: ꝫ tñ pticularit.
hoc ꝑz i exẽplo illo : qr nõ oz ꝙ
potẽs ꝓcipe figurã in cõi ꝛ ꝑmi
tatẽ in cõi possit ꝓcipe triãgulũ
i pticulari qr triãgulus ẽ mediũ
ꝓtẽtũ sub figura. mediũ inquaz
ad ꝓcludẽdũ ꝑmitatẽ pticularit
de figura. ¶Hec rõ tertia ponꝰ
sime ꝓcludit de ꝓria ſubã imate
rialiqr eiꝰ tãcp obi brtific potiſ
simũ ẽ cognitio neciã. Et tũc rñ
sio ista ad obiectionẽ ꝫ ipaz sup
ponit:ꝙ nũc naturalr nõ ꝓcipi
mꝰ deũ:nisi ꝛ ꝓceptus gñali cõi ſi
bi ꝛ ſenſibilibꝰ:qõ inferꝰ ꝺcz.q.
1.exponet. Si ẽt neget illõ ſup
positũ:adhuc oz dicere ꝓceptũ:
ꝙ põt fieri de deovirtute creatu
re eẽ impfectũ:ꝙ aũt fieret virtu
te ipsiꝰ essentie eẽ pfectũ.sicut ꝙ
dictũ ẽ de ꝓceptu gñali ꝛ ſpali.
ita dicat ꝺm aliã viã de imper
fecto ꝛ perfecto conceptu.

**Cõtra** aũt ꝓclusionẽ ꝓn
cipalẽ posset sic
argu. pono ꝙ ſit aliꝯ adultꝰ
nõ baptizatꝰ; ꝛ ꝙ non hẽat ali

quẽ docẽtẽ: hẽat tñ bonos mo
tꝰ:qles ꝑt hñe ꝓfomes.ſ. rõni
recte nãli:ꝛ caneat ea ꝙ natu
ralr rõ oñdit sibi eẽ mala ꝫ deꝰ
ꝺ cõi lege talẽ visitaret docẽdo
ꝑ hoiez.siẽ Cornelinz visitauit
pono tñ ꝙ ñ docebaꝫ ab aliꝯ:
ille saluabit. Sitr ꝫ postea do
ceak:tñ priꝰ ẽ iuſtꝰ:ꝛ ita tũc di
gnꝰ vita etna:qr ꝑ bõa velle ꝓ
cedẽtia doctrinã mereꝫ gꝛaz qr
ẽ iuſtꝰ:ñ tñ hz theologiã:ẽt ꝯ
tũ ad ꝓria credibilia: ſz tñ co
gnitõez nãlẽ ꝑ nihil theologie
ẽ ſimplr necũ ad saluteꝫ ¶Pot
ſz dici ꝙ iſte ꝑ bõa velle exꝑhe
de cõgruo mereꝫ iuſtificari ab
oꝛigialiꝛ deꝰ nõ ſubtrahit liba
litatẽ ſue munꝛab eo ꝫ ꝺat sibi
ꝑmã gꝛaz ſine ſacro:qr ñ ẽ alli
gatꝰ ſacriſ:ꝛ tũc gꝛa ñ ꝺaꝫ ſine
hitu fidei theologie ita ꝙ hz
hitũ theologie: ꝫ ñ possit exir
i actũ ſiẽ nec baptizatꝰ niſi in
ſtruaꝫ. Et ꝫ nõ ſit ꝺictio gꝛaz
dari ſine fide:cũ ſint hit̃ diſtin
cti:ꝛ i diuerſis potẽtiꝫ: tñ ſiẽ ꝫ
baptiſmo põit ſimultas in iſu
ſiõe:ita i ꝓposito ꝑt põi ſimiltas
i cãu iſto. nõ eñ minꝰ gratioſꝰ
ẽdeꝰ illi quẽ ꝑp meritũ ꝺ ogruo
iuſtificat ſine ſacro:cp illi quez
ſine oi merito ꝓpo iuſtificat in
ſuſceptõe ſacri: ꝫ poꝛe est deo
ꝺ potẽtia absoluta quẽlibz ſal
uaꝫ:ꝛ ẽt facẽ ꝙ mereaꝫ gꝛiaz
ſine fide infuſa: ſi ſine illa ꝺet
gꝛaz:ꝙ hñs bñvtaꝫ ea ꝯtũ ad
velle: qõ ꝑt hñe ꝫ naturalẽ co
gnitionẽ.ꝛ fidẽ acq̃ſitã vl ſine
oi fideiacq̃ſita : ſi doctor deſit.
Sz ꝺ potẽtia ordiata nõ tenet
ſine fidei hitu ꝓcedẽte. qr ſine
illa nõ ponit gꝛa infundi : nõ tñ
ꝓp idigẽtiã:q̃ſi ſine illa nõ ſuf
ficeret: ſz ꝓp liberalitatẽ diuꝰ

6

casus
nota
bilis.

Act.10

3

nā: q̄ totū reformat int⁹ hoīez: min⁹ ēt ꝑfecte eēt hō dispositꝰ quātū ad assensuz quorūdā ve roꝝ: sine fide ifusa: ⁊ sicut i hoc ita ꝓportionabilr d̄ hitu theologie: q̄ ꝑfect⁹e: istēs icludit fidē infusaz: ⁊ acq̄sitā articuloꝝ ⁊ alioꝝ reuelatoꝝ a deo i scriptura: ita ꝙ nō est tm̄ hic infusa nec acq̄sita tm̄ sz simul ābe.

R. ¶ Est igit̄ theologia nec̄ia loquēdo d̄ potētia ordinata: ⁊ loquēdo d̄ ꝑncipali hitu siue ꝑori ꝑtinēte ad theologiā: q̄ est fides ifusa: ⁊ hoc gn̄alr q̄ntū ad oēs. nō sic āt q̄ntū ad scdz hitū quē icludit: q̄ est fides acq̄sita. Sz forte d̄ potētia ordiata est nec̄ia in adulto potēte hr̄e doctorē ⁊ eū itelliger̄: ⁊ hoc q̄ntuz ad aliq̄ꝝ gn̄aliū fidē acq̄sitaz.

Th. 1. ꝑte sū. q. 1. ar. 1. i sol. prin.

**Quarto** principalr arguit̄ sic. Ordinatū ad aliquē finē: ad quē ē ex se idispositū: necesse ē paulatim ꝓmoueri ad dispōnē respectu illi⁹ finis: sz hō ordiat̄ ad finē sup naturalē: ad quē ex se est idispositꝰ. ꝯ indiget paulatim disponi ad habēdū illuz finē. hoc aūt fit ꝑ cognitionē aliq̄ꝝ supnālē. ꝯ ⁊c. ¶ Si istet̄ ꝙ agēs ꝑfectū ꝑt statiz remouere imꝑfectionē: ⁊ statiz agere. Rn̄det̄ ꝙ ⁊ si posset d̄ potētia absoluta: tn̄ ꝑfectiꝰ ē cōicare hoī aliq̄ꝝ actiuitatē respectu sue ꝑfectōis ꝯsequēde q̄ꝝ nō cōicare. pōt aūt hō hr̄e actiuitatē aliq̄ꝝ respectu sue ꝑfectiōis finalis. ꝯ ꝑfectiꝰ ē ꝙ hoc sibi cōicet̄ qd̄ nō ꝑt fieri sine aliq̄ cognitiōe imꝑfecta ꝑcedēte istaz ꝑfectā: ad quā ordinat̄ finaliter.

Hēr. in sū. sua ⁊ Gui. var. li. 1. q. 2.

**Quinto** arguit̄ sic. Oē agēs vtēs istr̄o in agēdo nō pōt ꝑ illd̄ instr̄m in aliquā actōez q̄ excedit naturā illi⁹ instr̄i. lumē aūt intell̄s agētis est instr̄z quo aīa nūc vtit̄ in intelligēdo naturalr. ꝯ nō pōt ꝑ illud lumē in aliquaz actionē: q̄ excedat illud lumē: sz illud d̄ se est limitatū ad cognitionē habitā ꝑ viā sensuuz. ꝯ aīa non pōt in aliquā actionez: q̄ nō pōt hr̄i ꝑ viā sensus: sz multoꝝ alioruz cognitio est nec̄ia pro statu isto. igit̄ ⁊c. ¶ Hec rō vr̄ ꝯcludere ꝯ eū q̄ fecit eā. s̄m em̄ deductionē istā: lux increata nō poterit vti intell̄u agēte. vt instr̄o ad cognitionē alicui⁹ sincere veritatis: qꝛ talis s̄m eū non pōt hr̄i via sensuuz sine spāli illustratione. Et ita sequit̄ ꝙ i cognitiōe veritatis sincere lumē intell̄s agētis nullo mō hēat aliquā actionē: qd̄ vr̄ icōueniēs: qꝛ ista actio ꝑfectior est oī intellectione. ⁊ ꝑ ꝯn̄s illd̄ qd̄ ꝑfectiꝰ est in aīa: inquātū itellectiua opz ꝯcurrere aliquo mō ad istā actionē. ¶ Iste due rōes nō vident̄ plurimū efficaces. prima em̄ esset efficax: si eēt ꝓbatū ꝙ hō ordinat̄ finalr ad cognitionē supnaturalē. cui⁹ ꝓbatio ꝑtinet ad qōnes de btitudine. Et si cū hoc ostēderet̄ cognitionez naturalē nō sufficiēter disponer̄ ꝓ statu isto ad cognitionē supnaturalē ꝯsequēdā. ¶ Scda rō petit duo. s. aliquoꝝ cognitionē eē necessariā: q̄ nō pn̄t cognosci ꝑ viā sensuuz. Et ꝙ lumē intellect⁹ agētis est ad talia cognoscibilia limitatū. Tres ergo prime rōnes ꝓbabiliores apparēt.

**Ad qōnē** igit̄ rn̄deo distinguēdo ꝑmo q̄lr aliq̄d dr̄ supnaturale potētia em̄ receptiua cōparat̄ ad actū quē recipit. vel ad agens a

q̄ recipit. ¶Prio mō ipsa ē potē
tia naturalr vl violēta vl neutra
naturalr si nālr iclinet. violēta sit
sit ꝫ icliationē naturalē. neutra
si neq; iclinat ad utrā forāz neq;
ad oppositā. Jn hac aūt ꝓparā
tione nulla est supnaturalitas.
Sz ꝓparādo receptiuū ad agēs
a quo recipit formā: tūc ē natu
ralitas q̄n receptiuū cōparatur
ad tale agēs: qō natū est natu
ralr impmere talē formā in tali
passo. Supnaturalitas aūt q̄n cō
parat ad tale agēs: qō ñ ē nālr
impssiuū illi⁹ forē illud passuz.

**Antequā** hec distin
ctio ad ppo
sitū applicet ꝫ istō arguit mult
tiplr tā q̄ distinctio naturalis q
violēti sumat ex cōpatōe passi
ad agēs: q nō trn ex ꝓpatōe ei⁹
ad formā: ꝫ q̄ distinctio nālr q
supnāl; sumat ex ꝓpatōe passi
ad forāz q nō trn ex ꝓpatōe ei⁹
ad agēs q̄ argūnta ñ ponūt h.
¶Solo rōis appet: qz illō ē p̄
cise cā alteri⁹ q̄ posito circūscri
pto vl variato q̄cūq; alio: seq̄t
effect⁹: nūc aūt Iz forā ꝫ quā ic
linat receptiuū: nō iducat nisi
per agēs violētās passum: nec
agēs supnāle supnālr agat: ni
si iducēdo forāz: trn p se rō vio
lēti ē ex hitudie passi ad forāz
q ñ ad agēs q p se rō supnāl; ē
ex hitudine passi ad agēs q nō
ad formā. pbat: qz passo q forā
manēntib⁹ sua rōe puta q forā
sit receptibil: ꝫ trn icliatōez pas
si: q̄ūcūq; varieť agēs: passuz
violēter recipit. silr passoz agē
te sic se hntib⁹: q̄ solū agēs nō
nālr: Iz supnālr actiuū trāsmu
tat passū: solū iquā: ita q̄ agēs
nāle ñ disponat: q̄cūq; formaz
ducet: erit supnaturalr respcū

passi. Hoc pbat scdo: qz ñ trn in
induc: Iz in pmanere aliq̄ forā
violēter pmanet in passo fine
actōe extrīseca: Iz nō diu: aliq̄
naturalr ēt diu: aliq̄ supnatu
ralr pp agēs trn: ita q̄ circūscri
bēdo agēs a q̄ sit nō posset di
ci supnatural: ꝑt aūt dici natu
ralis q̄ ꝑficit naturalr ꝓparan
do formā ad receptiuū tantū.
¶Ad ppositū dico q̄ ꝓparādo
itell⁹ potez ad notitiā actualē
se nulla ē sibi cognitio supnāl;:
qz itell⁹ potis quacūq; cognitio
ne naturalr ꝑficī: z ad quācūq;
naturalr iclinat: Iz scdo mō loq̄n
do sic est supnatural: q̄ gñaī ab
aliq̄ agēte: qō ñ ē natū mouere
itell⁹ potez ad talē cognitionez
naturalr. ꝓ statu aūt isto Iz ꝑm 3.6 als
itell⁹ potis nat⁹ ē moueri ad co t.c.30.
gnitionē ab intellū agēte z phā
tasmate. igit sola illa cognitio
naturalr ē q̄ ab istis agētib⁹ pōt
ꝓcūmi. Vtute aūt istoz ꝑt hīi ois
cognitio icōplexā q̄ Iz legē cōez
hr a viatore. sicut pz ī instāria ꝫ
tertiā rōnē ꝓncipalē: z iō Iz de
possit p reuelatōez: ispālē cogni
tionē alicui⁹ incōplexi cāre: sicut
in raptu: nō trn talr cognitio sup
nāl; ē necia ꝺ cōi lege. ¶De cō
plexis aūt veritatib⁹ sec⁹ ē: qz sic
ostēsuz est ꝓ tres rōnes ꝓmas ꝫ
primā opinionē adductas: poss
ta tota actōe itell⁹ agēte z phā
tasmatū multe ꝓplexiōes rema
nebūt ignote: z nob; neutre: q̄z
cognitio ē nob; nēcia. istaꝫ igit
notitiā ē necesse nob; supnatu
ralr tradi qz nullus eaz notitiā
potuit naturalr lucīreq; eā alīs
docēdo trader: qz sic vni ita cui
libet ex naturalib⁹ erūt neutre.
¶Utq; aūt post ꝑmā traditionez
doctrie ꝺ talib⁹ possit aliqs assē

tire naturalr doctrine tradite. d hoc in.3.li.dist.23. hec aūt pma traditio talis doctrine dr reuelatio: q iō ē supnaturalis: qr est ab agēte: qd nō ē naturalr motiuū itellect⁹ nr̄i p statu isto. Alr ēt posset dici supnaturalis: qr ē ab agēte supplēte vicem obiecti supnaturalis. Nā obiectū natū cāre notitiā hui⁹. de⁹ est trin⁹ ⁊ vn⁹. vel similiū: ē eēntia sub ppa rōe cognita. ipa aūt sub tali rōe cognoscibilis: ē obiectū nob supnaturale. Qdcūq; igit agēs cāt notitiā aliqrū vitatuz: q p tale obz sic cognitū nate sūt eē euidētes: illd agēs in hoc supplet vicē illi⁹ obiecti. q ipz agēs cāret notitiā pfectā istaꝝ veritatū: qlē ipm obm in se cognitū cāret: tūc pfecte suppleret vicē obi. sz si agēs nō ita pfectā notitiā cāt sicut obm in se cāret: tūc impfecte supplet vicē obi: p quāto. s. impfecta notitia: quā facit virtualr ꝯtinet i illa pfecta cui⁹ obz in se cognitū eēt cā. Ita i pposito. nā reuelās hāc: de⁹ est trin⁹: cāt in mēte aliqlē notitiaz hui⁹ veritatis: lz obscuram: qr cāt de obo ñ sub ppria rōe cognito qd obz si cognitū eēt: natū eēt cāre notitiā pfectā ⁊ clarā veritatis illi⁹. pro qsto igit hec notitia obscura i illa clara icludit eminent sic impfectū in pfecto: p tāto reuelās hanc obscurā ⁊ cāns supplet vicē obi illius clare notitie cātiui: pcipue cū nō possit notitiā alicui⁹ veritatis cāre. nisi vt supplēs vicē alicui⁹ obi: nec veritatū taliū de illo obo notitiam cāre posset vt supplens vicē obi alicui⁹ iferiorꝫ naturalr motiui itellis nr̄i qr nullū tale virtualr icludit aliquā notitiā istaꝝ veritatū ēt nec obscurā. igit opz q ꝯ cāndo ēt istā obscurā aliqlr suppleat vicē obi supnālis. ¶ Dr̄ia istoꝝ duoꝝ modoꝝ ponēdi supnaturalitatē notitie reuelate pz separādo vnum ab alio: puta si agēs supnaturale cāret notitiā obi naturalr vt si ifunderet geometriā alicui: illa eēt supnaturalr prio mō. ⁊ nō scdo mō. ¶ Si aūt ifunderet notitiā hui⁹ deus est trin⁹ vel similiū. hec supnaturalr eēt vtroq; mō: qr scds infert pmū: lz nō ecōuerso. vbi em̄ ē pm⁹ tm̄: ibi nō est necesse q sit sic supnaturalr. qn naturalr possit hr̄i: vbi vo ē scds mod⁹: ē necessitas vt supnaturalr hēat: qr naturaliter haberi non pōt.

Tres rōes prie qb⁹ initit ista solo cōfirmant p auctes. prio p auctē Aug. de ci. dei li.18.c.41. Phi inqt nesciētes ad quē finē referēda ista essent iter falsa q locuti sunt verꝝ videre potuerūt. ¶ Scda rō cōfirmat p Aug.11.d ci.c.2. Quid pdest nosse q eūdū sit: si ignora turvia q eūdū sit: i hoc em̄ errabāt phi: qr ⁊ si aliq de virtutib⁹ vera tradiderūt: tn̄ falsa miscuerūt sz auctē pcedētē Aug. ⁊ ptz ex eoꝝ libꝫ. Improbat em̄ aris. politias. dispositas a mltꝫ aliis scdo politicoꝝ. sz nec illa ari. est irrephēsibil. 7. pol. vbi docet deos esse honorādos. Decet inqt cultū exhiber dijs. Et ibidē. Lex nullū orbatū tradit nutriri. Et i eodē li. ⁊ ca.15. dicit q opz fieri aborsuz i casu. ¶ Tertia rō ꝯfirmat p aug.11.de ci.c.3. Que remota sūt a sensib⁹ nr̄is: qm̄ testimonio nr̄o scire nō possum⁹: de his alios testes reqrimus. ¶ Et hoc ꝯfirmat totā solonē pncipa

lē.q; cū ꝓplexiões ille de ꝯbus argutū ē nob: ex se sunt neutre: nullꝰ ꝑt suo testimonio credere ꝺ ipsis ſz oz testimoniū supnāle redere alicuꝰ supioz; tota spē hūana. ¶ Qualr ät ꝓia reuela ſ. ꝓoz tio siue traditio tal doctrie fieri potuerit ⁊ fcā sit ē dubiū an. ſ. locutōe interiōr: an exteriore an cū aliqb; signſ adhibit; sufficiētib; ad cāndū assensuz. Ad ꝓposituz sufficit q; vtroz mō potuit supnaturalr reuelari talis doctria ſz neutro mō potuit ab homie sine errore primo tradi.

Quēſt. ⁊. 2. ꝓl. ⁊ l. 2. di. 9. ⁊. II. O

**Cōtra** istas tres rōes in 1. poſt. t. c. ſ. ⁊ alibi ſepe. tat tmut q; sepſas ꝺstruāt q; qꝺ oñdit eē nectū cognoscēdū hoc oñdit eē vez: q; nihil scit nisi vez. ⁊ ꝺcꝺ ille rōnes oñdūt eē nectum cognosci: puta q; fruitio dei i se ē finꝭ hominꝭ: ꝺ ad ꝓmā rōez. Qꝺ via de ueniēdi ad ipaz ē ꝑ merita q; deꝰ acceptat vt digna tali premio: ꝺ ad ſcōaz. Qꝺ deꝰ ē trinꝰ ⁊ ꝺtigēter cāns. ⁊ hmōi ꝺ ad tertiā) totū illꝺ oñdit eē vez. vel ⁊ ille rōnes ñ ſt nisi ex fide vl ex ipsis cōcludit oppositū eius qꝺ ꝓbant.

¶ Rñdeo. näli rōe oñdit nectuz eē scire altera ꝑte determinate huiꝰ ꝺictiōis. fruitio ē finꝭ fruitio nō ē finꝭ. hoc ē q; itells nō sit mere dubiꝰ vl neuter i hoc ꝑble mate an fruitio sit finꝭ q; tal dubitatiovl ignoātia ipediret inq; sitionē finꝭ nō ät oñdit rōe näli q; ꝑs sit h; nectio cognoscēda.

¶ Et hoc mō rōes ꝺicte vt sūt naturales ꝓcludūt ꝺ altera ꝑte ꝺictōis hac vl illa: nō ꝺtermiate de hac nisi ex creditis tm.

**Ad argumēta** ꝓ opinio. Arist. ¶ Ad ꝓmū dico q; cognitio depēdet ab aia cognoscēte ⁊ obo cognito: q; ſz aug. 9. de tri. c. vlt. a cognoscēte ⁊ cognito pariſ notitia ſz ꝑ aia hēat sufficiēs actiuū ⁊ passiuū itra se: ꝓ ꝯpto actio respcū cognitōis pue nit aie: nō tn ꝛz itra se sufficiēs actiuū ꝑ ꝯpto actio ꝓuenit obo: q; sic ē: vt tabula nuda: vt ꝺ. ſ. t. c. 14. de aia. ē igit itells ägēs q; ē oia facere. vez. est inḉptū actio cōpetit aie respectu cognitiōis. ⁊ nō inḉptū obz est actiuū. ꝑ Ad ꝓfirmationē rōnis dico ad maiorez q; natura qñq; accipit ꝑ principio itrinseco mot; vel q; actis put ꝺscribit. 2. phy. qñq; ꝑ ꝓncipio actiuo naturalr. put natura ꝺ ſtinguit ꝺ arcē siue ꝓpositu: ꝑ oppositū modū ꝓncipiādi. ꝓnio mō nō est vera maior: q; nō cōrñdet oi passiuo naturalr ꝓncipiū actiuuz: qꝺ sic sit natura q; multa sunt naturalr receptiua alicuꝰ ꝑfectiōis. cui; nō hñt ꝓncipiū intrinſecū actiuū. ſcḋo mō ēt ꝓpositio maior ē falsa i ꝯbus dā. qñ. ſ. nā ꝑ sui excellētiā ordinat naturalr ad recipiēdū ꝑfectionē ita eminentē q; nō possit subeē cālitati ägēt; naturali ſecūdo mō ꝺicti ⁊ ita ꝛ in ꝓposito. Cū ꝓbat maior. ꝺico q; potētia passiua nō ē frustra i nā: q; ſz p ages näle nō possit ꝓncipalr reduci ad actū: tn ꝑt ꝑ tale agēs ꝺispō ad ipm induci: ⁊ pōt ꝑ aliqꝺ alind ages in natura. i. i totā coordiatōe ētiū: puta ꝑ agēs supnāle ꝓplete reduci ad actū.

¶ Si ät obꝯiat q; illꝺ vilificat natūrā: q; ipsa nō possit ꝓfectionē suā ex naturalib; cū nā mināꝰ deficiat in nobilioꝛb; ex secūdo celi ⁊ mūdi. ¶ Rñdeo si felicitas ñra ꝓsisteret in speculatōe t. c. 50 ⁊. 59.

illa suprema ad q̄lē possum⁹ nūc naturaliter attigere: nō diceret phs naturā deficere in necessarijs. nūc aūt ꝯcedo illā posse naturalr̄ haberi: ⁊ vltra hoc dico aliā eminētiorē posse naturalr̄ recipi. ꝯ in hoc magis dignificat nā: q̄ si sup̄ma sibi possibilis poneret solū eē ista nālis. Nec ēt ē mirū q̄ ad maiorē ꝑfectiōem sit capacitas passiua i aliq̄ nā q̄ eiꝰ cālitas actiua se extēdat. ¶ Illd aūt qd̄ addit de scdo celi ⁊ mūdi nō ē ad ꝓpositū: qꝛ phs loq̄t ibi dē de organis corrn̄dētibꝰ potentie motiue: si ieēt stellis: q̄ nā dedisset eis organa. ⁊ ꝯcedo vlr̄ q̄ cui dat potētia: q̄ nata ē eē organica: ei dat a nā organū: i nō orbatis dico. sꝫ in ꝓposito dico q̄ data ē potētia: sꝫ nō organica n̄ tn̄ sunt nālr̄ data oīa alia ꝑter potētiā ꝯcurrētia ad actū. a phō igr̄ ibi haberi pōt q̄ nālr̄ ordiabile ad aliquē actū vl̄ obm nālr̄ hꝫ potētiā ad illd: ⁊ organū: si potētia ē organica: sꝫ nō sic ē de posterioribꝰ req̄sitis ad actū. ¶ Alr̄ tn̄ posset dici ad maiorē: q̄ ip̄a ē ꝟa loq̄ndo d̄ potētia passiua nāli vt passiua ꝯparat ad actiuā: n̄ aūt vt passiua ꝯparat ad actū receptū dr̄ia mēbroꝝ pꝫ i pricipio solutiōis q̄ōnis. minor vero ē ꝟa scdo mō nō prio. ¶ Posset autē tertio mō faciliꝰ dici ad miorē. negādo q̄ lꝫ absolute itell's possibilis sit nālr̄ receptiuꝰ talis intellectiōis: nō tn̄ ꝓ statu isto. cā cuiꝰ dicet iferiꝰ distictiōe tertia.

q.1.⁊.3 Th.1. ꝑte sū. q.1. arti.1.

**Ad scdm** dr̄ q̄ diuersa rō scibilis diuersitatē sciētiaꝝ inducit. eādeꝫ em̄ ꝯclusionē demōstrat astrologus et nālis: puta q̄ terra ē rotūda. sꝫ astrologus ꝑ mediū mathematicū. i. a mā abstractū. nālis aūt ꝑ mediū circa materiam consideratū. vn̄ nihil ꝓhibet de eisdē rebꝰ: de q̄bꝰ phice scie tractāt: ſm q̄ sunt cognoscibilia lumine nālis rōis: ēt aliā sciaꝫ tractare ſm q̄ cognoscunt lumine diuie reuelatiōis. ¶ Cōtra hoc. si de cognoscibilibꝰ i theologia ē possibilis tradi cognitio in alijs sciētijs. lꝫ i alio lumie. ꝯ nō ē de eis necessaria cognitio theologica. ꝯn̄tia pꝫ i exēplo eiꝰ: qꝛ ꝑ mediū phisicū cognoscēs terrā esse rotūdā nō indiget cognitiōe eiꝰ ꝑ mediū mathematicū tāq̄ simplr̄ necessariu. ¶ Dicta aūt rn̄sio ad scdꝫ exponit sic. habitꝰ ⁊ ē habitꝰ: ⁊ ē forma: inquātū ē habitꝰ hꝫ distictionē ab obo. iquātū est forma pōt distigui a pricipio actiuo. respcū āt habitꝰ sciētifici pricipia sunt cāe effectiue. lꝫ igr̄ vbi est idē scibile: puta q̄ terra ē rotūda nō sit distictio ꝑ oba: tn̄ est ibi distinctio ꝑ p̄ncipia q̄bꝰ mathematicꝰ ⁊ physicꝰ hoc on̄dūt. ⁊ ita ē distictio habituū inquātū sunt forme ⁊ nō inq̄tuꝫ sunt hitꝰ. ¶ Cōtra istd forma ē cōior habitu: qꝛ oīs habitꝰ est forma. ⁊ nō ecōuerso. impole est aūt aliqua eē distincta in rōe supioris ⁊ nō eē disticta in rōe iferioꝝ. ꝯ ipole ē aliq̄ eē disticta in rōe forme. ⁊ tn̄ eē idisticta in rōe hituū hoc em̄ eēt ac si aliq̄ eēnt distincta i rōne aīalis: ⁊ indistincta in rōe hoīs. ¶ Preterea. supponit q̄ p̄ncipia sunt distictiua hitus ꝯclusiōis i alio gn̄e cāe q̄ vt p̄ncipia effectiua: qd̄ falsuꝫ ē: qꝛ si aliquā rōnē cāe distinctiue hn̄t ad habitꝰ istos. nō habēt nisi rōnē cause effectiue. ¶ Preterea. semper stat ratio: qꝛ quātūcūq̄ possent

Ut inq̄t ari. 1. post. t. c. 43

Th. 1. p. 2. q. 54. artic. 2. maxie. sol. ar. 2. god fre. q̄l. 14. q. 4. seu c. 9.

Lib. 6 principiorum in p̄ncipio.

possent poni habit⁹ cognoscitiui distincti: nō tn̄ saluat̄ necessitas vni⁹ habit⁹: quasi alias cognitio sit ipossibilis: ponēdo possibilitatē alteri⁹ habit⁹ vndecūq; distincti. ¶ Ideo ad argumētū respondeo q̄ in illis scientijs speculatiuis ⁊ si tractet̄ de oibus speculabilibus: nō tn̄ quātū ad om̄ia cognoscibilia de eis: qr nō quantū ad propria eoꝝ cognoscibilia. sicut patuit prius in tertia ratiōe principali cōtra opi. phoꝝ.

Henri. de Gā da. in sum.

**Ad tertiū** respōdet̄ sic: q̄ prima p̄ncipia nō p̄nt applicari ad ꝯclusiones aliquas nisi sensibiles: tū qr termini eoꝝ sunt abstracti a sensibilib⁹: ⁊ ita sapiūt naturā eoꝝ. tū qr intellect⁹ agēs p quē debet fieri applicatio limitat̄ ad sensibilia. ¶ Contra. certū est intellectui q̄ illa p̄ncipia p̄ma sunt vera nō tm̄ in sensibilibus: sz in insensibilibus. nō em̄ magis dubitat̄: q̄ ꝯdictoria nō sunt simul vera de eodē immateriali: q̄ materiali. quare rn̄sio nulla. ¶ Et iō aliter dr q̄ termin⁹ p̄mi principij est ens qd diuidit̄ in decē genera: ⁊ illud non extēdit se ad obiectū theologicū. ¶ Hoc nihil valz qr nō magis dubitam⁹ q̄ ꝯdictoria nō sunt simul vera de deo q̄ de altero: vt q̄ deus est beat⁹ et nō beatus. ¶ Alia datur responsio q̄ ex maiorib⁹ solū nō sequūtur cōclusiones: sz cū minoribus adiunctis. nūc aūt minores non sunt naturalr manifeste q̄ debēt illis adiūgi. ¶ Cōtra. minores sumēde sub p̄mis principijs p̄dicāt de sumptis sub terminos subiectos p̄mioꝝ p̄ncipioꝝ: sz notū est terminos primoꝝ p̄ncipiorū dici de q̄libet: qr sunt cōmunissimi. ḡ.

Prepositin⁹ pte. j. sum.

Guill. var. li. 1. q. 5. soluendo. 5. ar.

¶ Iō respondeo q̄ scd̄a pars minoris est falsa. hec. s. q̄ in primis principijs includūtur virtualiter oēs cōclusiōes scibiles. ¶ Ad p̄bationē dico q̄ sicut termini subiecti sunt cōes: ita ⁊ termini p̄dicati. qn̄ igr̄ termini subiecti sic distributi accipiūtur p oibus: non accipiūtur nisi respectu terminorū p̄dicatoꝝ: q̄ sunt cōmunissimi. et p cōsequēs virtute taliū p̄ncipioꝝ nō sciūtur de inferiorib⁹ nisi p̄dicata cōissima. ¶ Hoc pz rōne: qr mediū nō pōt eē ꝓpter q̄d respectu passionis: nisi q̄ includitur virtualr in rōne illius medij. in rōne aūt subiecti principij cōmunissimi nō includit̄ ꝓpter q̄d aliqua passio particularis: sz tm̄ cōissima. ḡ illud subiectū nō pōt eē rō cognoscēdi aliq̄s passiōes nisi cōissimas sub rōne cōmunissimi. Sz p̄ter passiōes cōmunissimas sunt multe alie passiōes scibiles: ad quas nō p̄nt rōnes primoꝝ principioꝝ eē media: qr nō includūt illas. ḡ sunt multe veritates scibiles: q̄ nō includunt̄ in primis p̄ncipijs. ¶ Hoc patet ex hoc exēplo: qr istud: oē totum est mai⁹ sua parte. ⁊ si includat istā: quaternari⁹ est maior binario. ⁊ alias similes de eodē predicato: non tn̄ includit istas. s. quaternarius est duplus ad binariū: ⁊ trinarius se hz in ꝓportiōe sexquialtera ad dualitatem. nā ad ista p̄dicata opz hr̄e media specialia cōcludētia ipsa. ¶ Scd̄a ꝓbatio logica est: qr lz cōtingat descēdere sub subiecto vlis affirmatiue: nō tn̄ sub p̄dicato. multa aūt p̄dicata cōtēta sub p̄dicatis primoꝝ p̄ncipioꝝ sunt scibilia de inferioribus ad subiecta illoꝝ. igit̄ illa predicata p p̄ma p̄ncipia nō sciū

Quia demōstratio nō est ex cōibus. j. Poste. t. c. 23.

tur de illis subiectis. ¶ Contra istud obijcit. de q̄libet affirmatio vel negatio ē de necessitate v̄a. sequitur ḡ de necessitate hoc eē albū vel nō albū: ita ꝙ lz ibi descēdere sub p̄dicato ⁊ sub subiecto. ¶ Rn̄deo illud p̄ncipiū. de q̄libet affirmatio vl̄ negatio ⁊c. valet istaz. de q̄libet cuiuslibet cōtradictiōis altera ps est v̄a: altera falsa. vbi duplex est distributio ex pte subiecti. s. de quolibet et cuiuslibet. ⁊ sub vtroqꝫ distributo licet descēdere: igit̄ de hoc huiꝰ ꝯdictiōis altera pars est vera: altera falsa. Sed sub predicato stāte cōfuse tm̄ nō licet descēdere: qꝛ nō sequitur. de quolibet cuiuslibet cōtradictionis altera pars est vera. ergo hec ps. et ita in alijs principijs semp̄ p̄dicatū vniuersalis affirmatiue stat ꝯfuse tātū: siue sint ibi due distributiones in subiecto siue vna. et in ꝓposito/exēplo adhuc ptz/ꝓpositū: qꝛ de hoīe verū est ꝙ sit risibilis: nūq̄ tn̄ p hoc p̄ncipiū. de q̄libet ⁊c. pōt plus inferri nisi: ergo de hoīe risibile vel nō risibile. altera igit̄ pars p̄dicati disiūcti nūq̄ sciet̄ de subiecto p hoc principiū cōe: sz req̄ritur aliquod principiū spāle: tāq̄ mediū determinatū ⁊ rō sciēdi risibile de hoīe.

Guill. var. li. 1. q̄l. 2. sol. 2. ar.

## Ad argumenta

p̄ncipalia. ¶ Ad p̄mū distinguo de obiecto naturali: qd̄ pōt accipi vel p eo: ad qd̄ naturalr siue ex actione causarū naturalr actiuaꝝ pōt potētia attingere: vel p illo ad qd̄ potētia naturalr inclinat̄ siue posset illud naturalr attingere siue non. posset ḡ maior negari itelligēdo naturale p̄mo mō: qꝛ obiectū primū est adequatū potētie: ⁊ iō abstractū ab oīb⁹ illis: circa que pōt potētia opari: nō aūt opz si intellect⁹ possit naturalr intelligere tale cōe ꝙ possit itelligere q̄dcūqꝫ ꝯtētū sub illo: qꝛ itellectio alicui⁹ ꝯtēti multo excellētior est intellectiōe ꝯfusa talis cōis. Et sic ꝯcessa minore in vtroqꝫ sensu: ꝯclusio intēta nō hr̄. s. de naturalr attigibili: qꝛ sic maior fuit falsa. ¶ Cōtra hāc rn̄sionē arguo: qꝛ destruit seipsam: primū em̄ obiectū ē adeq̄tū potētie: hoc ē: ꝙ nihil respicit potētia p obiecto nisi i q̄ est rō illi⁹ p̄mi. et in q̄cūqꝫ est rō illi⁹ p̄mi: illd̄ respicit potētia p obiecto: ḡ ipossibile ē aliq̄d eē obiectū p̄mū naturalr: q̄n q̄dlibet ꝯtētū sub illo sit p se obiectū naturalr. da em̄ oppositū: ⁊ tūc nō ē adeq̄tū naturaliter: sz excedēs ⁊ aliq̄d eo iferi⁹ ē adeq̄tū ⁊ ita p̄mū. ¶ Rō aūt q̄ adducit̄ p rn̄siōe fallit s̄m fallaciā figure dictiōis. lz em̄ ens: vt ē q̄dda itelligibile vno actu (sicut hō est itelligibilis vna itellectiōe) sit naturalr attingibile. illa em̄ vnica intellectio entis (vt vni⁹ obiecti) est naturalis: nō tn̄ ens: vt p̄mū obiectū. i. adeq̄tū p̄t poni naturalr attigibile: nisi q̄dlibet sub eo ꝯtētū sit naturalr attingibile: qꝛ ē p̄mū obiectū: vt icludit̄ in oībus p se obiectis. Cōmutat̄ igit̄ hoc aliq̄d i q̄le q̄d cū arguit: ens est naturalr attigibile: ḡ ens: vt p̄mū obiectū: hoc ē adeq̄tū: ē naturalr attigibile falsuz ē: qꝛ an̄s est verꝝ: vt ens ē vnū itelligibile singulare: sic albū: sz ꝯn̄s ꝯcludit de ente: vt icludit̄ i oī itelligibili nō vt seorsuz ab illis intellectū. ¶ Ad argumētū igit̄ ē alia rn̄sio realis ꝙ minor est falsa de obiecto naturali. i. naturalr attigibi-

li vera alio mō de obiecto ad qđ naturalr iclinat potētia. ꝛ ita dz itelligi auctas Aui. Quid aūt sit ponēdū obiectū ꝑmū nālr attigibile de hoc.j.dist.3. ¶ Cōfirmat rūsio ꝑ Anſ. de li.ar.c.2. Nullā inqt(vt puto)habem⁹ ptātē:q̄ sola sufficiat ad actū. ptātē aūt vocat:qđ nos cōiter dicim⁹ potētiā sic pz ꝑ exēplū ei⁹ de sensu visus Nō ē igr icōueniēs potētiā eē naturalr ordinatam ad obiectū ad qđ nō ꝑt naturalr attigere:sicut q̄libet ex se sola ordinat ad ꝓpū actū:ꝛ tn̄ nō ꝑt ex se sola attingere. ¶ Ad scđm argumentū nego ꝯnam. Ad ꝓbationē pz ex dictis i rn̄siōe ad ꝯfirmationē ꝑmi arg. ꝑ opi. phi ꝙ supiora ordināt ad ꝑfectionē maiorē passiue recipiēdā:q̄ ipa possint actiue ꝓducere ꝛ ꝑ ꝯn̄s istoꝝ ꝑfectio nō pōt ꝓduci nisi ab aliq̄ agēte supnaturali: nō sic est de perfectiōe inferioꝝ: quoꝝ ꝑfectio vltima pōt subesse actioni agentiū inferioꝝ.

Additio. ¶ Et iō nā nō deficit i necījs in potētijs supioribꝰ qꝛ ꝑfectiōes: ad q̄s ordinant ex causis naturalibꝰ nō pn̄t habere:qꝛ nō pn̄t subesse alicui cālitati agētꝫ naturalr:qꝛ vo ꝑfectiōes iferioꝝ entiū tali causalitati subsunt deficeret nā:si nō daret vn̄ possent. ¶ Ad tertiū dico ꝙ vitati ꝯplexe alicui firmiter tenēde itellectus possibilis ē iproportionat⁹:hoc ē nō est ꝓportionalr mobile respectu taliū agētiū:q̄ ex phātasmatibꝰ ꝛ ex lumīe nāli itellect⁹ agētis nō pn̄t cognosci. Cū autē arguis:igr fit ꝓportionat⁹ ꝑ aliq̄d aliđ:ꝯcedo:ꝛ ꝑ aliđ i rōne mouētis:qꝛ ꝑ mouens supnaturale reuelās assentit illi vitati: ꝛ ꝑ aliđ i rōne forme:qꝛ ꝑ istū assensuz factū i ipo:q̄ ē q̄si q̄dā iclinatio i intellectu ad illđ obiectū ꝓportionās illđ isti. Cū vltra de illo alio q̄ris an sit nāle vel supnaturale: dico ꝙ supnaturale siue intelligas de agēte siue đ forma. Cū ifers: ḡ itellect⁹ ē iproportionat⁹ ad illđ:ꝛ ꝑ aliđ ꝓportionat. dico ꝙ ex se ē i potētia obediētiali ad agēs:ꝛ ita sufficiēter ꝓportionat illi ad hoc: vt ab ipo moueatur. Silr ex se est capax illi⁹ assensus cāti a tali agēte:ēt ē naturalr capax. nō opz ḡ ipm ꝑ aliđ ꝓportionari illi assensui recipiēdo. Statur igit i scđo:nō i ꝑmo:qꝛ vitās ista reuelata nō ē sufficiēter iclinatiua itellect⁹ ad assentiēdū sibi: ꝛ ita ē iproportionale agēs:ꝛ passum sibi iproportionale. Sed agēs supnaturale ē sufficiēter inclinatiuū itellect⁹ ad istā vitātē: causando i ipo assensum:q̄ ꝓportionat huic vitati:ita ꝙ nō opz itellectū ꝑ aliud ꝓportionari tali agēti:nec forme ab ipo ipresse:sicut opz ipm ꝓportionari tali obiecto ꝑ aliđ duplici mō ꝑdicto.

# Questio. II.

Vtrum cognitio supnaturalis necīa viatori sit sufficiēter tradita i sacra scriptura? Qđ nō:qꝛ cognitio necessaria nunq̄ defuit generi humano: sz sacra scriptura nō erat in lege nature: qꝛ Moyses ꝑmo scripsit penthateucum: nec tota erat i lege Moysaica: sz tm̄ vet⁹ testamentū:ḡ ꝛc. ¶ Itē q̄cūq̄ auctor scientiarū humanaꝝ quāto acutior itellectu:tāto plus vitat supfluitatē in tradēdo:sed in sacra scriptura vident ꝯtineri sup-

flua vt cerimonie ⁊ historie multe: quarū cognitio nō vr̄ necessaria ad salutē ḡ ⁊c. ¶ Itez multa sunt de q̄bus nō cognoscit̄ certitudinalr̄ ex sacra scriptura: vtrū sunt pctā mortalia vel nō: q̄ꝝ tn̄ cognitio ē necessaria ad salutē: q̄ nesciēs illd̄ eē pctm̄ mortale. n̄ sufficiēter vitabit illud. ergo ⁊c.

**Contra** Aug. 11. de ciu. c. 3. loquens de scriptura canonica ait. Cui fidē habemus de his rebus q̄signorare nō expedit: nec ꝑ nosipsos nosse idonei sumus.

**In ista** qōne sunt heresesinnumere dānātes sacrā scripturā: vel partē eius: sicut pz in libris Damasceni ⁊ Augustini de heresib⁹. Quidā em̄ heretici nihil de scriptura recipiūt. Quidā nō vet⁹ testm̄ vt manichei. sicut in lib. Aug. de vtilitate credēdi pz. dicētes vet⁹ testm̄ esse a malo pricipio. Quidā vero tm̄ testm̄ vet⁹ accipiūt: vt iudei. Quidam autem aliq̄d vtriusq̄: vt sarraceni: quib⁹ machometus immūd⁹ alias imūditias innumeras immiscuit. Quidā aliq̄d dictū in nouo testamēto puta: heretici diuersi: q̄ diuersas sententias scripturarū male intellectas habētes pro fūdamēto: alias neglexerūt verbi gratia ad Ro. 14. Qui infirmus est: olera mā ducet. Itē Jacobi. 5. Cōfitemini alterutrū pctā vestra. Ex hoc errarūt circa sacramētū penitētie quidā dicēdo illud posse dispēsari a quocūq̄ nō sacerdote vel alijs hmōi auctoritatib⁹ innitēdo male intellectis.

Medi orū efficatia notabilis heresis re

**Cōtra** oēs istos in cōmuni: octo sunt vie eos rōabiliter cōuincēdi: q̄ sunt ꝓnūciatio ꝓphetica. Scripturarū cōcordia. Aucitas scribētiū. Diligētia recipiētiū. Rōabilitas ꝯtētoꝝ Irrōabilitas singl'oꝝ erroꝝ. Ecclesiastabilitas Miracl'oꝝ claritas

probā de.

**De prīo** pz: q̄ solus de⁹ p̄t naturalr̄ nō ab alio futura cōtingentia certitudinaliter preuidere. ergo sol⁹ ille vel ab illo instructus pōt ea certitudinalr̄ p̄dicere. talia aūt multa p̄nūciata i scriptura ꝑpleta sunt: vt pz ꝯsiderāti libros ꝓphetales: ex q̄b⁹ nō ē dubiū: quin sequātur pauca. q̄ restāt ꝑz Gregoriū i homelia de aduētu. Istā viā tāgit Aug. 12. d̄ ciu. c. 10. vbi ait. Vera se narrasse p̄terita ex his: q̄ futura p̄nūciauit: cū tāta veritate implentur ostendit.

prīe dominice.

**De scd̄o** s. scripturarum concordia sic. In nō euidētib⁹ ex terminis: nec ex principijs euidentiā habentibus nō consonāt firmiter ⁊ infallibilr̄ multi diuersimode dispositi: nisi a cā superiori ipsoruz intellectus inclinētur ad assensum: sz scriptores sacri canonis varie dispositi: ⁊ diuersis tēporibus exn̄tes in talib⁹ nō euidētibus oīno cōsonabāt. Hāc viam pertractat Aug. 18. de ciu. c. 41. Auctores nostri sane pauci esse debuerūt: ne multitudine vilesceret. q̄ earū religione eē oporteret. nec tn̄ ita pauci: vt eorum nō mirāda sit ꝯsensio. Neq̄ em̄ i multitudine phoꝝ: q̄ labore etiā lr̄ario monumēta suorū dogmatū reliq̄runt: facile q̄s inuenerit q̄ inter cūcta q̄ sensere ꝯueniāt ⁊ hoc Aug. ꝓbat in exēplis ibi. maior etiā assumpta nō tm̄ probat̄ ꝑ exēplū de phis. vt vr̄ ꝓbare Aug. sz ēt ꝑ rōnez: q̄ cū intel

lect⁹ quātū ad assensum sit nat⁹ mouerī ab oō cuidēte in se: vl in alio: nihil aliō ab oō vl talē assēsum posse cāre. nisi virtualr includat euidētiā obi. nā si nihil talē moueat intellectū: remanebit sibi theologia neutra. nihil est talē de nō euidētib⁹ ex terminis. nihil intellīgēs superi⁹ hoie potest hoiez effectiue docere: nisi dēus.

¶ Si aūt dicat hic: q posteriores lz alr disposīti fuerint q̄ posteres: zalijs tpibus exītes: th habuerūt doctrinas p̄cedētiū i scripturis: zacquieuerūt credēdo: sī cut discipuli doctrine magistrorū. q ita nihil scripserūt dissonum a posteriorib⁹: lz de⁹ nō doceret hoīes illos. ¶ Cōtra hoc vl Aug. obīce revbi pri⁹: dicēs: de phīs: q labore l fario monumēta suoꝝ dogmatū reliquerūt. c. q discipuli legētes: lz in aliquib⁹ eēnt assentiētes poībus vt discipuli. aliq̄ th iprobauerūt: vt pz ibidē de aristippo zantistene: q lz fuerint ambo socratici: tn in quibusdā sibi cōtradixerunt. Et q̄nq̄ discipuli magis: vt Arī. platoni. quo igr nō ꝺdixissent posteriores nr̄i posteriorib⁹ in aliq̄b⁹: si nō th uissent doctorē. eoz eoꝝ itell⁹ iclinātē ad eadē nō euidēta. Rndeo qr nō euidētia tradiderūt poīes: iō posteriores nō potuerūt eos p rōnes iprobare: r q noluerunt eis discredere nisi possent rōez p se hr̄e reuerētes eos: vt magistros veraces. lz phī discipuli p rōez posteriores iprobare: qr mā circa quā altercabant potuit habere rōes sumptas ex terminis exēplū. Nō ita cōtradicit discipul⁹ historiographꝰ magis hi storiographo: sic phīspho: qr hi

Immediate: (qr immediate et hō rādet q illis immediate discipli cat nō ea magr ifide) alioq; oō (qr hoc negō: h pōte ponit q dns ifidē notificet Assensu: (quē et ag⁹ dat negr)

storie de pterito non pñt eē ita euidētes: vt auertāt discipulū a magis: sic pñt esse phīce rōnes.

¶ Cōtra illō saltē Ezechiel pro phetāsin Babylone eo tpe: quo Hieremias in iudea ꝓphetauit: cū nō solū illa diceret: q a Deo se quasi cōi eoꝝ magis habuerunt: sed r alia multa: in illis potuissent discordare: aut dissentire: cū nō eēnt euidētia ex terminis: nisi habuissent aliquē cōez doctorē supra intellectū hūanū.

**De tertio** s. aucte scrībētiū sic. aut libri scripture sunt istoꝝ auctorūq̄ eē dñr: āt nō. si sic: cū dānēt mēdaciū p̄cipue in fide r morib⁹ quo ē similr eos fuisse mētitos. dicēdo hec dicit dñs: si dñs non fuisset locutus. Aut si dicaseos fuisse deceptos nō mētitos: vel pp lucrū mētiri voluisse. primū iprobat ex dicto Pauli .2. Cor. 12. Scio hoiez i xp̄o: r subdit ibi ꝺba archana audisse q̄ nō lz homini loq. q̄ assertiones nō videntur fuisse sine mēdacio: si asserēs nō fuit cert⁹: qr asserere dubiuꝝ vel ē mēdaciū: vl nō lōge ē a mēdacio. Ex ista reuelatiōe pauli: r mltis alijs reuelatiōib⁹ factis dB uersis sctis ꝺcludit q intellīs eorū nō potuerūt induci ad assentiēdū ita firmiter illis q̄ notitiā nō potuerūt hēre ex nālib⁹: sicut assenserūt: nisi ab agēte supnāli.

¶ Scōm iprobat. s. q nō fuerūt pp lucrū mētiti qr illis ad q̄vo fuerūt hoies iducere ad credendū tribulatiōes max⁹ assustinuerūt. ¶ Si aūt libri nō sunt illoꝝ lz alioꝝ hoc vl icōueniēs dicere: qr ita negabit q̄cūq̄ liber eē illiꝰ auctoꝝ scui⁹ dr eē ag̃re q̄ soli istifal so ascripti sunt auctorib⁹: q̄r nō

erāt? ¶ Preterea aut illi q̄ ascripserūt libros istos eis fuerūt xp̄iani aut nō. Si nō. nō vr̄ q̄ voluerūt tales libros ꝯscribere ⁊ alijs ascribere: ⁊ ex hoc magnificare sectaꝫ cuiꝰ ꝯriū tenuerūt. Si fuerunt xp̄iani: q̄uo illi xp̄iani mēdaciter tales eis ascripserūt: cū lex eorū dānet mēdaciū: sic̄ priꝰ? ⁊ ꝑꝑ idē q̄uo assererēt deū locutū eē mlta q̄ ibi narrant̄ ⁊ hoc ꝑsonis: q̄bꝰ libri intitulant̄: si talia nō acciderūt illis ꝑsonis? q̄uo ēt libri isti fuissent ita auctētici: ⁊ diuulgati eē taliū auctoꝝ. nisi fuissēt eoꝝ: ⁊ ip̄i auctores eoꝝ auctētici fuissēt d̄ q̄ Ri. j. d̄ tri. c. 2. Certe a sūme sctitatꝭ viris sunt nobis tradita. de hoc ēt aug. 11. d̄ ci. dei. c. 2. loquēs d̄ xp̄o. dic̄ sic. Hic inq̄t priꝰ ꝑ ꝓphetas. deiñ ꝑ seip̄ꝫ postea ꝑ apl̄os q̄ꝫtū satꝭ eē iudicauit locutꝰ scripturā ꝯdidit q̄ canonica, nominat̄ eminētissime auc̄itatꝭ ⁊c. Et aug. i epl̄a ad hiero. Et hr̄ i canone di. 9. Si ad sacras scripturas admissa fuerit vl̄ officiosa mēdacia: q̄d i eis remanebit auc̄itatis. Et idē ad eūdē in eadē epl̄a Solis illis scripturaꝝ libris ⁊c.

prima

octaua.

**Quartū** s. recipiētiū diligētia sic ptꝫ. Aut nulli credis d̄ ꝯtigēti: q̄d nō vidisti. ⁊ ita nō credes mūdū fuisse añ te. nec locū eē i mūdo: vbi nō fueris. nec istū eē pr̄eꝫ tuū: ⁊ illā eē mr̄eꝫ tuā ⁊ tal̄ icredulitas destrueret oēꝫ vitā politicā. Si igr̄ vis alicui credere de ꝯtigēti q̄d tibi nō ē: nec fuit euidēs: maxie credēdū ē cōitati. siue illis q̄ tota cōitas approbat ⁊ maxie q̄ cōitas famosa ⁊ honesta cū maxia diligētia approbata recepit. tal̄ ē canō diuie scripture tāta eniꝫ apd̄ iudeos solicitudo fuit de libris hñdis i canone. ⁊ tāta apud xp̄ianos d̄ libris recipiēdis tāq̄ꝫ auctēticis. q̄ de nulla alia scriptura hñda ꝑ auctētica tāta solicitudo fuit iuēta p̄cipue cū tā solēnes cōitates d̄ scripturis istis curauerūt: tāq̄ꝫ d̄ ꝯtinētibꝰ nec̄ia ad salutē. de hoc Au. d̄ ci. dei. 18 c. 38. Q̄uo scriptura Enoch: d̄ q̄ Judas i epl̄a sua facit mētionē nō recipit̄ i canone. ⁊ multe alie scripture: d̄ q̄bꝰ fit mētio illi. regū vbi inuit q̄ sola illa recepta sūt i canone: q̄ auctores nō sic̄ hoies sꝫ sic̄ ꝓphete diuia inspiratiōe scripserūt. Et ibidē. c. 41. Illi israelite: q̄bus tradita sunt eloq̄a dei: nll̄o mō pseudo ꝓphetas cū veris ꝓphetis ꝑilitate licētie cōfuderūt: sꝫ ꝯcordes iter se. atq̄ꝫ i nullo dissentientes. sacrarum literarum veraces ab eis agnoscebantur: ⁊ tenebantur auctores.

**De quīto** s. rōnabilitate ꝯtētoꝝ. pꝫ sic. q̄d rōabililiꝰ q̄ꝫ deū tāq̄ꝫ finē vltimū sup oīa diligi. ⁊ ꝓximū sicut seip̄ꝫ. i. ad idē ad q̄d se sꝫ grego. i q̄bꝰ duobꝰ p̄ceptis vniuersa lex pēdet ⁊ ꝓphe. Mat. 22. ¶ Itē Mat. 7. Oīa ḡ q̄cūq̄ꝫ vultis vt faciāt vobis hoies: ⁊ vos facite illis. ex istis q̄si ex pricipijs practicis alia practica ꝯsequunt̄ i scriptura tradita honesta: ⁊ rōi ꝯsona: sic̄ d̄ eoꝝ rōnabilitate patere pōt singillatiꝫ cuilibꝫ ꝑtractāti d̄ p̄ceptis: ꝯsilijs ⁊ sacr̄is: q̄ꝛ in oībus vr̄ eē q̄si q̄dā explicatio legis nāe: q̄ sꝫ apl̄ꝫ ad Ro. 2. scripta ē i cordibꝰ nr̄is hoc de moribus. De hoc aug. d̄ ci. dei. lib. 2. 28. c. Nihil turpe ac flagitiosuꝫ spectādū: imitādūq̄ꝫ ꝓponit̄ vbi veri dei aut p̄cepta isinuant̄: aut miracula narrant̄: aut dona lau

dãtur:aut bñficia postulantur.
¶De credibilib⁹ pz:qr nihil credim⁹ de deo:qõ aliquã ipfectionẽ iportet:imo ḋcḋ credim⁹ verũ cẽ magis attestat pfectiõi diuine:ꝫ ei⁹ oppositũ:pz ō trinitate pſonaꝝ:incarnatiõe/ubi:ꝛ hmõi: nihil em̃ credim⁹ incredibile:quia tũc incredibile eẽt mũdũ ea credere:sic deducit aug. ō ci.dei.22. c.5 mũdũ tñ ea credere nõ ẽ incredibile:qr hocvidem⁹. De hac aũt lege ꝛ honestate xp̃ianoꝝ pz p Aug.de vtilitate credẽdi lib. 6.c.8.Ulg⁹ mariũ ꝛfeminaꝝ ꝛc.

**De sexto** s.de irrõnabilitate singulorũ

Cõfutatio i fideliũ acerrima.

erroꝝ pz sic. ¶Quid pagani propter idolatria sua adducẽt colentes opera manuũ suarũ:in quibus nihil est numinis sicut satis oñdũt phi. Quid sarraceni vilissimi pozci machometi discipuli p suis scripturis allegabũt.expectates p btitudine qõ pozcis cõuenit.s.gulã ꝛ coitũ:quã pmissionẽ despiciẽs phs.ḋ fuit q̃si illius secte Aui.9.meta.c.7. aliũ finẽ q̃si pfectionẽ:ꝛ hoi magis cõgruẽtẽ asserit dicẽs.Lex nostra:quaz ōdit machomet:oñdit dispõnez felicitatis:ꝛ miserie: q̃ sunt fin corp⁹:ꝛ ẽ alia pmissio: q̃ apprehendit intellectu.ꝛ seqtur ibi. Sapientib⁹ vero theologis multomagis cupiditas fuit, ad ꝓsequẽdũ hãc felicitatẽ ꝫ corporũ:ḋ quãuis daret cisnõ tñ attẽderũt eã nec appreciati sunt eã in cõparatione felicitatis:ḋ ẽ cõtũctio ꝓme veritati. ¶Quid iudei ḋ nouũ testm̃ dãnãt:ꝙ in suo veteri piere. pmittit:vt oñdit aplꝰ ad heb.ẽt 11.8.c. ꝫ insipide sunt coꝛcerimonie si ꝺ me xp̃o:xp̃m ẽt aduenisse:ita nouum testm̃ ab eo pũcipaũt pro

mulgatũ(sicut autẽticũ fore recipiẽdũ).ꝓphete coꝛtestẽdũt. Non auferet(ait Jacob gen.49.)sceptrũ de iuda:nec dux de femore ei⁹ ꝛc.ꝙsiꝛ illõ Daniel.9. Cũvenerit sanct⁹ sanctoꝝ. ¶Quid asini manichei fabulãtur primuz malũ:cũ ipi:ꝛ si nõ primi tñ valde mali eẽnt:nõnevident oẽ ens inquãtũ ens bonũ eẽ:nõne etiã in nouo testõ potuerũtvidere esse ver⁹ autenticũ:ꝛ approbatum? ¶Quid singuli alij heretici: q̃ vnũ ✠bũ.scripture male intellexerũt ꝑm Aug.in li.83.qõnũ. q. 69.Nõ põt mãt error ouri palliat⁹ nole xp̃ianoꝝ:nisi de scripturis nõ intellectis:ꝛhoc tõ qr ꝑcedẽtia ꝛ sequẽtia nõ ꝓtulerũt:vñ ibidẽ ira. Solet circũstãtia scripturaꝝ illũmare sñam:nec etiã alia loca scripturaꝝ ꝓtulerũt vñ hereses orte sunt p se legẽdo:q̃ ꝓferẽdo repulse sunt:qꝛ ꝓferẽtes diuersas/nias adduxerũt:ḋ exse iuic ẽ mutuo videri poterãt:quo ꝛ q̃liter eẽnt intellegẽde. ¶Contra istos est illud ✠bũ aug.ō epistolã fundamẽti. Nõ credereꝫ inquit euãgelio:nisi qr ecclie catholice credẽ.igr irrõnabile est aliqd canonis recipere:ꝛ aliqdnõ. cũ eccla catholica: cui credẽdo canonẽ recipio:recipiat totũ eq̃liter. ¶Itẽ doctrie ꝓpoz aliqd ꝓtinẽt irrõnabile:ꝑt ō politijs diuersis ordinaꝝ ꝛ diuersis ꝓphs ꝑbat Ari.2.poli.sz ꝛ sua i q̃busdã ẽ irrõnabilis: sicut patuit ex solutiõe q̃stionis precedentis.

**De septio** s.de ecclie stabilitate

pz ḋ ad caput.p illõ Aug.ō vtilitate credẽdi q̃si in fine. Cũ igr tñ auxilium tantum ꝓfectum fructũqꝫ videamus:dubitamus

nos eiꝰ ecclesie credere gremio: que vsq; ad cōsuminationē gn̄is hūani ab aplica sede ꝑ successiones epoꝝ frustra hereticis circū latrātibꝰ: Et partim ipiꝰ iudicio plebis: partim cōsilioꝝ grauitate: partim etiā miraculoꝝ maiestate dānātis: Culmē auctoritatis obtinuit. Et parū post. Quid est aliud: qd tā ingratū pōt esse opi. atq; auxilio diuino: q̄ tanto labore predicte auctoritati velle resistere. vn̄ Gamaliel Actuū. 5. Si est ex hoibus cōsiliū hoc aut opus dissoluet. Si vero ex deo est: nō poteritis dissoluere: ne forte et deo videamini repugnare. Et Lu. 22. ait dn̄s Petro. Ego rogaui pro te Petre: vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliqn̄ ꝯuersus cōfirma fratres tuos. ¶ Firmitas ēt ecclesie in mēbris pz ꝑ illud Augu. de vtilitate credēdi. c. 8. Uulgus mariū ⁊ feminarū ⁊c. Similē sentētiā dicit ꝯ epistolā fundamēti. Quis em̄ tantā multitudinē ad pctā pronā: ad legē ꝯriam carni ⁊ sanguini seruādā inducere: nisi deꝰ. Et confirmat: qꝛ secta Judeoꝝ nō manet i vigore: sicut ꝯ eos obijcit Aug. in. j. sermo. de aduētu. Uos iquā cōuenio o Judei. ¶ Si obijcit de ꝑmanētia secte Machometi. rn̄deo illa incepit plus q̄ sexcētū annis post legē xp̄i. et in breui deo cooperāte finiet: q̄ multū debilitata est anno xp̄i. 1300. ⁊ eiꝰ cultores multi mortui: et plurimi sunt fugati: et prophetia dr esse apud eos: q̄ cito finienda est secta illa.

Dn̄ice 4.

Haymotꝰ frater regis Armenie ad philippū regē frāciē.

## De octauo

scz de miraculoruz claritate sic ptz. Nō pōt eē testis falsus deꝰ: sz deꝰ inuocatꝰ a p̄dicāte scripturā: vt on̄deret doctrinā eiꝰ eē verā: fecit aliqd opꝰ sibi ꝓpriuz: vtpote miracula: ac ꝑ hoc testificatꝰ est illd eē verū: qd iste p̄dicauit. ¶ Confirmat hoc ꝑ Ricar. j. de tri. c. ij. vbi. s. Dn̄e si est error: a te decepti sumꝰ. nā tātis signis cōfirmata sunt: q̄ nō nisi ꝑ te fieri possent. ¶ Qd si dicat miracula nō fuisse facta: aut etiā q̄ ip̄a nō testātur veritatē: qꝛ ātichristus faciet miracula. ¶ Cōtra p̄mū dici pōt illa sn̄ia Aug. de ci. li. 22. c. 5. Si ista miracula facta eē nō credūt: hoc nobis vnū grāde miraculū sufficit: q̄ iā terraꝝ orbis sine vllis miraculis credidit. ¶ Nota valde illd capitulū: qꝛ si q̄cq̄d qd credimꝰ dicat incredibile eē: nō minꝰ est incredibile hoies inquit ignobiles infimos: paucissimos: iperitos rē tā incredibilē: tā efficaciter mūdo: ⁊ in illo etiā doctis ꝑsuadere potuisse: vt mūdus illd credat sicut iā credidisse vr̄: nisi ꝑ illos aliq̄ miracula fierēt: ꝑ q̄ mūdus ad credēdū induceret. Un̄ subdit. Qui ꝓpterea exiguo nūero ignobiliū: infimoꝝ: iperitoꝝ hoim credidit qꝛ in tā cōtēptibilibꝰ testibꝰ multo mirabiliꝰ diuinitas seip̄a persuasit. q̄d em̄ icredibiliꝰ q̄ vt ad legē ꝯriā carni ⁊ sanguini: doctores pauci ⁊ rudes ⁊ paupes possent plurimos potētes ac sapientes ꝯuertere? qd specialr ptz de multis sapiētibꝰ: p̄mo fidei rebellibꝰ: postea ꝯuersis vt de Paulo priꝰ ꝑsecutore postea gētiū doctore. ⁊ de Augustino priꝰ ꝑ Manicheos seducto. postea doctore catholico. De Dionysio prius ph̄o postea Pauli discipulo. Et de cypriano priꝰ mago postea xp̄ianissimo ep̄o. ⁊ de inumeris alijs cōuersis. ¶ Cōtra idē scdo dici po

Calixtꝰ i viagio sācti Jacobi.

test illud Aug. de ci. dei. lib. 10. c. 18. An dicet aliqs ista falsa eē miracula nec fuisse facta: sz mēdaciter scripta? qsquis hoc dicit si de his reb⁹ negat oino vllis lr̄is eē credēdū: p̄t etiā dicere nec deos vllos curare mortalia ꝛc. Et ibidē de eodē. Si libris magicis siue (qd honesti⁹ putāt) theurgicis credūt. qd cause est cur illis lr̄is nolūt credere ista fctā eē? ¶ Cōtra idē tertio: qr q̄dā facta nō nisi a nimis ꝓteruientibus negari p̄nt: vt sunt miracula fctā a Siluestro corā Cōstātino: tā i curatione lepre ei⁹: q̄ꝫ in disputatiōe eius ꝯ Iudeos: q̄ facta tāq̄ celeberrima mūdum non latuerunt. ¶ Cōtra scdm dici pōt ꝙ si quis inuocatus in testē signū cōsuetū testificationis ꝑmittat adduci: ꝛ p̄sens nō ꝯdicat. talis taciturnitas nō stat cū veritate ꝑfecta. miraculū autē est tale signū dei vt testis. igitur si ꝑmittat miracula fieri a demonibus nō ꝯdicēs: annūcians. s. illa nō esse testimonia sua: nō vr̄ eē ꝑfecte verax. qd est impossibile. ꝛ ꝑ hoc dr̄ ad illd de antichristo: qd predixit illa miracula faciēda nō eē testimonia veritatis. sicut pz Mat. 24. ꝛ. 2. ad Thes. 2. ¶ Itē ꝯ idē est dr̄ia miraculoꝝ que fiūt a deo ꝛ q̄ fiūt a diabolo. de q̄ differentia tractat Aug. de vtilitate credēdi ꝓpe finē. Miraculū inqt voco qcqd arduū aut insolitū supra spē vel facultatē mirātis apparet. q̄dā solum faciūt admirationē: q̄dā magnā gratiā bn̄ volēdāq̄ cōciliāt. q̄lia fuerūt xp̄i miracula. vt ꝑtractat ibi diffuse. ¶ Item ꝯ vtrūq̄ pōt dici ꝙ sunt aliqua miracula facta in lege christiana: in q̄bus nō pōt eē deceptio q̄n sint facta nec q̄n sint testimonia veritatis: qr a deo facta. s. raptus Pauli: ꝛ reuelatio cōtingētiū futurorum. ¶ Primū patz: qr impossibile est aliquē decipi in credēdo se videre essentiā dei. ꝯ impossibile fuit Paulū se credere illā videre nisi eā videret. sz hoc asserit de se ad Cor. 2. c. 12. s̄m expositionē sanctoꝝ. Illud igit̄ fuit vere factū: ꝛ nō tm̄ apparēter ꝓbatio p̄mi antecedentis: qr nullus pōt decipi circa aliqd p̄ncipiū primū credēdo se intelligere illud: cū nō itelligat tale principiū: qr tūc nō cōstaret ex terminis app̄hensis: qd esset principiū ꝛ qd nō. ergo multo magꝫ nō pōt decipi circa deū visum. Cōsequētia ista ptz: quia pl⁹ distat visio dei ab intellectione cuiuslibet obiecti: etiā quātū ad ꝑceptionē intellect⁹ iudicātis q̄ꝫ distet intellectio principij cōplexi ab itellectiōe cuiuscūq̄ nō principij. ¶ Itē qualiter intellectus crederet se q̄etari si nō q̄etaret. nōne poterit cognoscere iclinationē suā ad verum qd nō videt? Si crederet se videre deum crederet se q̄etari in deo: si nō videt nō q̄etat̄. Stulti⁹ ait Augu. nihil dici pōt: q̄ꝫ ꝙ falsa opiniōe aia sit beata. 11. de ci. c. 4. ¶ Secūdū. s. ꝙ a solo deo fieri potuit est manifestū: qr nulla creatura pōt aiam beatificare: nec simpliciter: nec ad tp̄s. ¶ Scdm ptz ex multis ꝓphetis in vtroq̄ testamento. vn̄ ꝯ falsa miracula antichristi posset sibi obijci saltez de istis duob⁹ hoc modo. Si tu es de⁹ fac me videre eēntiā diuinā nude. ꝛ postvisionē memoriā certā hr̄e visiōis: et certitudinē ꝙ illa fuit visio eēntie diuine: et tūc credā tibi. ¶ Itē si tu es de⁹: dic

mihi quid faciā: vl' q̄d cogitabo: vel appetā ꝑ tali hora? et hmōi vie efficaciā ex miraculis innuit saluator Joh. 5. Opera q̄ ego facio: ipsa testimonium perhibent de me. si mihi non vultis credere: operibus saltem credite.

**Nono** quoq; loco pōt adduci testimoniū eorū q̄ foris sunt. Joseph⁹ in li. 18. antiq̄tatū pulcherrimū testimoniū ponit de xp̄o: vbi iter alia de Jesu ait. Christ⁹ hic erat. vbi ei⁹ verā doctrinā ⁊ resurrectionē ex mortuis cōfitet̄. ¶ Itē de ꝓphetia Sybille nota illd̄ de ciui. 18. c. 23. Jesus xp̄s dei fili⁹ saluator. ¶ Itē ꝯ epistolā fundamenti nota: quō singuli heretici de catholicis inq̄siti nō ad suos mittūt: sz ad veros catholicos: q̄si etiā illi soli ab oībus etiam hereticis catholici nominentur.

**Decimo** ⁊ vltio pōt adduci q̄ de⁹ non deest q̄rentib⁹ toto corde salutē: multi aūt diligētissime inq̄rētes salutē ad hāc sectā cōuersi sunt. et quāto feruētiores facti sunt in inq̄rēdo: tāto in hac secta ampli⁹ ꝯfirmati. subitoq; i ea penitētes de malitia ad bonā vitā mutati sunt. tormēta quoq; ꝑ ea plures in magna exultatiōe spūs ꝑpessi sunt. q̄ non vidētur ꝓbabilia nisi deus hāc sectam sacre scripture innitentē irrefragabiliter approbaret ⁊ ordinaret ad salutem.

**Habito** igit̄ ꝯ hereticos q̄ doctrina canonis est vera: vidēdū est secūdo an sit necessaria: et sufficiēs viatori ad ꝯsequēdū finē suū. ¶ Dico igr̄ q̄ ista tradit. quid sit finis hois in ꝑticulari: qr visio ⁊ fruitio dei. ⁊ hoc quātū ad circūstantias ei⁹ appetibiles: puta q̄ ipsa habet̄ post resurrectionē ab homine imortali ⁊ i corpe ⁊ i aīa simul sine fine. Jp̄a ēt determinat q̄ sunt necia ad finē: ⁊ q̄ illa sufficiant qr decē mādata Mat. 19. si vis ad vitā ingredi: serua mādata. de q̄b⁹ hr̄ i Exo. hoꝝ etiā explicatio: ⁊ quantū ad credēda: et quātū ad sperāda: ⁊ quātum ad operāda explicat̄ ex diuersis locis scripture. proprietates quoq; substantiaꝝ imaterialiū in ea tradunt̄: quātū possibile est: ⁊ vtile viatori nosse. Jsta ḡ cōferēdo ad tres rōnes q̄b⁹ innitit̄ solutio q̄stiōis p̄cedētis ptz q̄ sacra scriptura sufficiēter ꝯtinet doctrinā necessariam viatori.

**Ad primū** argumentū principale: ad minorem rn̄deo q̄ lex nature pauciorib⁹ fuit ꝯtēta: q̄ memorialiter ad filios ꝑ p̄res deuenerūt. illi ēt hoies magis erāt prediti i naturalib⁹: ⁊ iō modica doctrina ispirata potuit eis sufficere. Vel aliter ad illud: ⁊ ad alid̄ de lege Moysi pōt dici: q̄ ordinat⁹ ꝓcessus scripture oñdit eius doctorē s̄m Aug. 83. qōnū. q. 53. ¶ Ad secundū dico: q̄ dulci⁹ capit̄: qd̄ latet sub aliq̄ snia litterali: q̄ si eēt exp̄sse dictū: ⁊ ideo ad deuotionē ꝯfert illa: q̄ exp̄ssa sunt i nouo testamēto: sub figura velata fuisse in veteri hec q̄ ad cerimonias: sz q̄ ad historias in quibus exēpla sunt legis declaratiua. silr̄ ex toto ꝓcessu scripture ptz ordinata dei gubernatio respectu hois et toti⁹ creature. ¶ Ad tertiū. Origenes i homel̄. de archa Noe dicit. Nulla scia oia sciēda explicauit: sz illa ex q̄b⁹ pñt alia sufficiēter elici: vñ multe ꝟitates necie

nō exp̄mūt i scriptura: ⁊ si ibivir tualr cōtineanr: sicut pclones in p̄ncipijs: circa q̄z iuestigationes vtil' fuit labor expositor ⁊ doctorū. ¶Et si obijcias: multa i actibus hūanis fūt dubia. Utrū sint pctā mortalia: ēt suppositis oīb⁹ doctrinis doctor⁹ ⁊ expositorū.

¶Rndeo: nō ē dubia vita salut' simplr: qz a talib⁹ tanq̄ a piculo sis dz hō sibi cauere ⁊ custodire se: ne hō dū se exponit piculo incidat in pctm: q̄s si noluerit ḡre salutē: sed nō curādo exponat se piculo vbi forte ō gñe act⁹ ñ ē pctm mortale: tñ peccabit mortaliter se tali piculo exponendo.

# Questio. III.

Trū theologia sit de deo tāq̄z ō subo p̄rio. Qō nō arguit duab⁹ vijs p̄ria ē oñdere istā negatiua i se: q̄ pbat p̄rio p auctez Boetij. 1. ō tri. Fora inq̄t simpler subz ē nō pōt. ¶Itē scōo mate Ca. 3. ria nō coicidit cū alijs causis: neq̄ in idē nūero: neq̄ in idē spē ex 2. phy. des aūt est finis huj⁹ scier c. 70 efficiēs. ñ igit materia. ¶Itē tertio ex p̄rio poste. subiectū scie hz c. 43 ptes p̄ncipia ⁊ ptes/passiões: de⁹ aūt nō hz ptes integrales: cuz sit simpler: neq̄ ptes subiectiuas: cū sit singlare ex se: neq̄ hz p̄ncipia: cū sit p̄mū p̄ncipiū: neq̄ passiões: q̄ passio ineſt subo: ita q̄ ē ex ei⁹ cēntiā: nihil aūt sic ineſt deo. ¶Scōa via ē oñder q̄ aliō est hic subz: nō g̃ istud: añs pbat multiplr: p̄mo p Aug. de doctri. xp̄iana p̄mo ibi. ca. 1. Oīs doctrina vel res est: vel signor: igitur res vel signa sunt subm. ¶Item scōa scriptura hz q̄ttuor sensus. topi. 4.

cuj⁹ alem moralis vel q̄ualis

l'anagogicū: tropologicū: allegoricū: ⁊ lrālē: sed cuilibet sensui corr̄ndet aliq̄s subm p̄mus: sicut alij scie hñtivnū sensuz corr̄ndet subm sm illū sensuz: igit hic sūt q̄ttuor subiecta. ¶Item tertio q̄ hō sit subz pbat aucte cōmen. 1. ethi. in plogo: q̄ sm eū scia moralis est de hoie: q̄ ad aiaz medicinalis est de hoie quo ad corp⁹ ex hoc ḡ accipit ista ppositio: q̄ ois scia practica hz pro subiecto p̄mo illud: cui acq̄rit finis practice: ⁊ nō ipm finez: finis aūt istius scie acq̄rit hoi ⁊ nō deo ergo ⁊c. ¶Itē aliter: ⁊ quasi in idē redit: finis scie est p actū suū attingere obm primū: inducēdo in ipm forma p̄ncipalr intēta a scia puta i speculatiua inducere in illud cē cognitū: q̄ cognitio ibi intēdit: ⁊ i practica iducere formā: ad quā ordiat ei⁹ praxis: finis aūt hic intētus est bonitas moralis: q̄ nō itēdit induci i deo: sz in hoie: igitur hō ē obm primū eius. ¶Cōtra Aug. 8. de ciui. dei. c. 1. Theologia est sermo vel ratio de deo.

eustratij sez quem docto. vbiq⁹ allat' mora libus.

# Q̄o. I. lateralis.

Trū theologia sit de deo sub aliqua rōne spāli? Qō sic arguit' Hugo de sacramētis in p̄ncipio: vult q̄ opera restaurationis sint hic subiectum. ergo si deus est hic subiectum hoc erit sub spāli rōne. s. inquātū restaurator. ¶Itē Cassiodorus super psalmistā. vult q̄ christus caput cū mēbris est hic subiectū: igitur specialr: vt icarnatus: ⁊ caput ecclesie: erit hic subiectū. ¶Itē de⁹ absolute est subiectū metaphysice: igit si hic ē subiectū: hoc erit

sub aliq̄ rōne spāli: ꝯn̄tia ꝓbat: qꝛ nō sub eadē rōne oīo hic ⁊ ibi est subiectuꝫ. añs probat ꝑ ph̄m
t.c.2. 6.meta. Honorabilissimā sciam opꝫ esse circa nobilissimuꝫ genꝰ: illa ſm ip̄m est hmōi. Hoc ēt ꝯfirmat: qꝛ ibi vocat metaphysicam theologiā. ¶ Itē cōmē.1.phy.cōmē.vlt.dicit: ꝙ Aui.multū peccauit ponēdo metaphysicā ꝓbare primā cām esse: cū genns substātiarū separatarū sit ibi subiectū: ⁊ nulla scia ꝓbat suū subiectum eē: rō aūt nō valeret nisi intelligeret ꝙ ipsa eēt ibi primū subiectū. ꝗ ⁊c. ¶ Itē ista scia est honorabilissima. ꝗ est de honorabilissimo subiecto: sub rōne honorabilissima. hmōi āt rō est rō finis: ⁊ boni de fine aūt ꝓbat ꝑ Auic.
C.vlt. 6.meta.dicentē. Si scia esset de omnibꝰ causis: illa que esset de fine: eēt nobilissima. Ex hoc con
T.c.8 cludit de bono: qꝛ ſm ph̄ꝫ.2.meta. qui ponit infinitatē in finibꝰ: destruit naturā boni: qꝛ destruit naturā finis: ex hoc ergo accipit
In ꝓlogo. ꝙ ratio boni est rō finis. ¶ Contra cognitio contracta presupponit cognitionē absolutā: ⁊ absoluta est certior ex primo meta. si
Idē.1. poste. t.c.39. ꝗ ista est ꝺ deo sub aliqua rōne spāli alia ē ꝑior ⁊ certior de deo absolute: talis nō ponit. ꝗ ⁊c.

## Qō.II. lateralis

Vtrū ista scia sit ꝺ oībus ex attributione ipsorum ad ꝑmū eiꝰ subiectuꝫ.
t.c.2. Qꝺ sic.4.meta. Eadē est scia de aliquo ⁊ de attributis ad ip̄m ⁊ exēplificat ibi de sano: sꝫ oīa alia attribuunt essentialr ad subiectū primū huiꝰ. ergo ⁊c. ¶ Cōtra Aug.14.de tri.c.1. Ne-

qꝫ huic sciētie tribuēdū est ⁊c.

Circa solutionez istarum qōnuꝫ sic procedo. ¶ Primo distinguo ꝺ theologia in se: ⁊ de theologia in nobis. ¶ Scꝺo assignabo rōnē ꝑmi subiecti. ¶ Tertio distinguā ꝺ theologia quantū ad partes eius.

De primo dico ꝙ cognitio quelibet i se est illa: que nata est hr̄i de oꝺo eiꝰ: ſm ꝙ natū ē manifestare se intellectui ꝓportionato. Cognitio aūt eadē in nobis ē illa q̄ nata est hr̄i in intellu nr̄o ꝺ oꝺo illo itellecto. ¶ Theologia ꝗ in se talis est cognitio: qualem natū ē facere oꝺm theologicū in intellu sibi ꝓportiōato. ¶ Theologia ꝟo in nobis talis est cognitio: qualē intell's nr̄ natꝰ est hr̄e de illo oꝺo. ¶ Exēplū si aliq̄s intellectꝰ nō possit intelligere geometricalia: posset autē alicui credere ꝺ geometricalibus: geometria esset sibi fides: non scia: esset tn̄ i se scia: qꝛ obiectū geometrie natum est facere de se scientiam in intellectu proportionato.

De secūdo Dico ꝙ rō primi subiecti est ꝯtinere in se ꝑmo virtualiter: oēs veritates illiꝰ habitꝰ cuius est. Qꝺ ꝓbo prio sic: qꝛ oꝺm primū continet ꝓpōnes imediatas: qꝛ subiectū istaꝝ cōtinet ꝑdicatū: ⁊ euidētiā totiꝰ ꝓpōnis. ꝓpōnes aūt imediate ꝯtinēt ꝯclones. ꝗ subiectū ꝓpōnū imediatarū ꝯtinet oēs veritates illiꝰ hitꝰ. ¶ Probo idē scꝺo. qꝛ ꝑmitas hic accipit ex ꝑmo posteriorū ex diffinitiōe vl'is: ſm ꝙ dicit adeq̄tiotionē. oꝺm aūt se hꝫ ad habitū: sicut cā ad effectū. non est em̄ cā adeq̄ta: nisi cōtineat ꝑmo virtua

liter totū effectum. ꝙ ⁊c. Expono qđ dixi (primo virtualr) qz sicut illud est primū ens qđ nō dependet ab alio: sed alia ab illo: ita ꝙ primo ptinere est ab aliis nō dependere in cōtinēdo: ſz alia ab ipso: hoc est: ꝙ p ipsōe circūscripto oi alio manente intellectu eius adhuc cōtineret: ⁊ nihil aliud cōtinet: nisi per rationē eius.

¶ Nota ꝙ ālibet ēntia cognita hitualiꝫ cōtinet virtualr prio notitiā omniū veritatū illi⁹ habitus: ⁊ habit⁹ ille ꝙ dr scia est ſpēs intelligibilis pmi obiecti: ⁊ ille respicit pmo veritates immediatas: ⁊ mediatas: nō formalr sed ex cōsequēti: ⁊ suū obiectuz adequatuz formalr est ꝗditas: cuius est ſpēs. Quid igit mirū? si primū obiectū vt cognitū: cōtinet notitiā illoz: ad que considerāda sua species intelligibilis: ſz mediate: mouet: imo ideꝫ ē ſpēs immediatē ptinere prio virtualr notitiā. b. ⁊ ipz. a. vt cognitū habitualiꝫ ptinere. b. qđ est: ſpēs intelligibilē ipsi⁹. a. in mēoria: posse generare notitiā. b. i intelligētia. ¶ Scōm hoc igit idē ē obz pmū intellt⁹ ⁊ scie: ⁊ tūc primuz obm nō distinguit illa: ſz proximū: qđ est verū immediatū: ⁊ vez mediatū. ⁊ illud pmū obz vtriuſq; ordie ꝗdā se hz ad obiecta prima: ⁊ hit⁹ ipsoꝫ: fm hoc impossibile ē vti hitu scie: nisi pus natura ⁊ simul tpe: vtēdo hitu intellt⁹: qz nūq; speculoz: sciēdo: nisi cōsiderādo hoc: vt vez eut dēsmhi pp aliud verū. ¶ Uel igit sunt idē hit⁹ ⁊ pri⁹ vtoz illo circa illud obm: ad qđ pri⁹ inclinat: imo fm hēri. ql. 9. Ambo sunt idē illi hitui: q ē ꝗditaꝫ pmi obi simplicis: quē hitū intēditvocari sciaz apud Ari. i diuſiōe sciaz: vl' sunt multi ibi. Imo qlibet vez hz ꝓpriū hitū: ⁊ pncipalr pter hoc: est habit⁹ ꝗditatis: vel ꝗditatiu⁹ pmi obiecti: quē dicit ſpēm intelligibilē. Et ille icludit oēs veritates virtualr. Et tūc vtētem posteriori semp opz simul vti oib⁹ poſtb⁹.

¶ Nunqđ igit ad multos act⁹ vel vnū cōparās hz ꝓpriū actū circa vtrūq; cōparatuz: ⁊ pter hoc actū cōparādi. Et ad illum maxime discurrēdo ponat propri⁹ hitus: quo inclinoz demon strare ⁊ iferre hoc ex hoc: ad q̄ extrema habeo duos hitus. ꝝre ql. 6. 1. q. hē. Si ponereſ ſz pluralitas: paucitas ecē ꝑeligēda.

**Cōtra** istō arguit dupliꝫ ꝑmo sic. Sicut se hz obm pmū potētie ad potētiā ita obm pmū hit⁹ in se hz ad habitū. ſz obm pmū potētie est aliqđ cōe ad oia ꝙ se oba illi⁹ potētie. ꝙ pmuz obm habit⁹ est aliqđ cōe ad oia ꝙ se obiecta ei⁹: ⁊ nō aliqđ virtualr ptinēs alia. ¶ Itē scdo. qz i scientijs assignat cōiter pro subiecto pmo aliqđ qđ ē cōe ad oia illa: q̄ ꝓsiderant i illa scia sicut i geometria linea: i arismetica numer⁹: i metaphyſica ens.

¶ Ad pmū rndeo. ꝙ ꝓportio obiecti ad potētiā est ꝓportio motui ad mobile vel actiui ad passiuuz. ꝓportio subiecti ad hitū ē ſicut ꝓportio cāe ad effectū. Quicūq; aūt aliqđ agens agit in aliqđ passuz: pt qlibet agēs ciusdē rōnis in qlibet passum eiusdē rōnis agere. ꝙ pma extrema ꝓportiōis actiui ad passiuū sunt cōia ad oia ꝙ se extrema illi⁹ proportiōis. nā iter illa cōissima est adequatio: qz in ꝗcūq; est rō vni⁹: illud

Nota bene, ad ditio doc. p totili ſima ſcote ſtaruz truti nam eo rū qui ſe peri pateti cos p ſitent.

q4.

respicit qdlibet: in q̄ ē rō alteri⁹: sed pria extrema ꝓportiōis cāe ad effectū nō sunt cōissima: qr inter illa nō est adeq̄tio. nō em̄ sequit: si cōe pōt cāre hitū ꝙ spāle possit: ⁊ ecōuerso nō em̄ qdlibet ꝯtētū sub illo cōi respicit hitū illū: vt effectū ei⁹: sz tm̄ aliqd primū obm cōtētiuū: qd virtualr cōtinet oia: ad q̄ habit⁹ se extēdit. ¶ Ad scdm dico ꝙ multoꝝ habituū spē differētiū p̄t eē aliqd obiectū cōe: sicut ab obiectis eoruz pōt abstrahi obiectuz cōe: ⁊ hoc mō in sciētys assignat obiectum cōe: a quo nō est habit⁹ vnus sm̄ spēm sed tantum sm̄ genus.

**De tertio** dico. ꝙ theologia eēntialiter nō tm̄ cōtinet necessaria: sz ēt cōtingentia. qd pz: qr oēs veritates de deo siue vt trino: siue d aliq̄ ꝑsona diuina: vt cōparatur ad itra sunt necessarie: vt ꝙ de⁹ est trin⁹: ⁊ ꝙ filius dr̄ generari a pr̄e ⁊ hmōi. illa v̄o in q̄bus cōparat ad extra sunt ꝯtigētes: vt ꝙ de⁹ creat ⁊ ꝙ fili⁹ est incarnatus ⁊ hmōi. oēs aūt veritates d deo: vt trin⁹: siue de ꝑsona determiata: sunt theologice. Silr veritates ꝯtingētes: qr ad nullā cognitionē naturalē spectāt ita ꝙ prime partes integrales theologie sunt due. s. veritates necessarie: ⁊ veritates contingentes.

**Ex dictis** ptz rn̄sio ad pmā. q. Et pmo loquēdo de theologia in se quātū ad v̄itates nec̄ias ipsius. Dico ꝙ primū subiectū theologie i se nō pōt eē nisi de⁹: qd probo ꝑ tres rōes. ¶ Pria accipit ex rōne pmi obi. ⁊ arguo sic. Primū obm ꝯtinet virtualr oēs v̄itates illi⁹ hitus: cui⁹ est primū obiectū sz nihil cōtinet virtualr oēs veritates theologicas: nisi de⁹. ꝯ ⁊c. ꝓbatio mi. nihil alid ꝯtinet eas ꝯtinet eas: vt cā: siue vt illud ad qd hēant attributionē: nisi deus qr de⁹ nulli attribuit: nec aliqd ꝯtinet eas: vt effect⁹ dmōstratōe qr: nā nullus effectus demōstrat deū trinū: q̄ ē potissima veritas theologica ⁊ silia. ¶ Scdo sic. Theologia ē de his q̄ sunt soli intellui diuio naturalr cognita: ꝯ est d aliq̄ soli deo naturalr noto: sed solus de⁹ est sibi soli naturalr not⁹. ꝯ ⁊c. ꝓbatio pmi. s. aūt, si ista scia est de aliqb⁹ alicui alii intellui naturalr notis ꝯ preter ista aliq̄ alia sunt cognoscibilia naturalr soli intellui diuino: qr infinit⁹ est. ⁊ iō pluriū cognoscitiuus: q̄ intellus finitus. igit adhuc alia scia est supior (q̄ ista) q̄ erit de naturaliter notis intellui creato. ꝓbatio minoris qr oīs essentia creata alicui intellui creato pōt eē naturalr nota. ¶ Tertio sic. In nulla scia tradit ita distincta cognitio de aliq̄ alio: qd nō est subz ei⁹ primū: sicut tradit in illa q̄ eēt de illo. vt d subiecto ei⁹ prio: qr i nulla scia tradit ita distincta cognitio de nō ꝑ se subiecto: sicut d ꝑ se ei⁹ subiecto. tūc em̄ nō eēt rō: q̄re illud subm esset magis subz ei⁹: q̄ aliud. igit si de⁹ nō h̄ subm: tūc nō tradit ita distincta cognitio de deo. sic tra deret de eo in aliq̄ alia in q̄ posset eē subz. sz pōt eē subm i alia scia. igit illa p̄t eē pior ista. ¶ Preter āt istas tres rōnes sunt aliq̄ ꝑsuasiōes. ¶ Pria tal est theologia sz Aug. 13. de tri. c. 19. ꝑ aliq̄ ꝑte sui ē sapia: pro aliq̄ ꝑte sui ē scia: si aūt eēt tm̄ de aliq̄ nō etno formalr: de illo eēt formalr scia:

ꝛ nõ sapia aliq̃ mõ: qꝛ nec ex primo subiecto nec ex attributione qꝛ eterna nõ attribuunt̃ tpalib⁹. ¶ Scda psuasio qꝛ supior portio rõnis hꝫ aliquã pfectionẽ ppriã sibi corrñdẽtẽ. ista aũt si ẽ de subiecto nõ etno: vt d̃ prio subiecto: cũ eternũ ñ attribuat̃ ad nõ eternũ: sequit̃ q̃ nullo mõ est de eternis ꝛ ita nullo mõ pficit portionẽ supiorẽ rõnis: ꝛ ita eẽt aliq̃s habit⁹ intell's oio nobilior isto pficiẽs istã portionẽ qd̃ ẽ icõueniẽs. ¶ Tertia psuasio ẽ: qꝛ fm beatũ Aug. 14. de tri. c. 1. ꝛ 4. ista scia ẽ de illis: q̃b⁹ fides gignit̃: d̃fendit̃: ꝛ roborat̃. ꝯ ẽ de illo eodẽ subiecto: qd̃ ẽ pmuꝫ subiectũ fidei: sed fides ẽ de v̄itate pria. ꝯ. ¶ Quarta psuasio est: qꝛ nobilissima scia est circa nobilissimum genus: ex 6. meta. ꝛ pmo de aia. hec autez cõcedit̃ nobilissima. ergo opꝫ q̃ sit de deo vt de subiecto.

T. c. 2
T. c. 1.

**Ex his dictis** rñdeo ad scdaꝫ. q. ad itellꝫ cuius pono exẽplũ. hõ intelligit̃ vt aial rõnale: vt suba: vt mãsuetũ natura vt nobilissimũ aialiũ in prio intell'u intelligit̃ fm rõnẽ q̃ditatiuã propriã. in scdo in cõi. in tertio p accidẽs. i. in ppria passiõe. in q̃rto in respectu ad aliud. Sꝫ pfectissima notitia d̃ hoie nõ pot eẽ in respectu ad aliud qꝛ ista p̃supponit notitiã absoluti: nec de hoie sub rõne passiõis qꝛ notitia passiõis p̃supponit notitiã subiecti. nec de hoie in vli: qꝛ illa est ꝯfusa. ꝯ nobilissima cognitio d̃ hoie est fm rõnez q̃ditatiuã. ¶ Ita ẽt posset poni aliq̃ scia de deo sub rõne respect⁹ ad extra: vt aliqui ponũt sub rõne reparatoris: vel gubernatoris: vel capitis ecclie.

Nota hos intelligibiliuꝫ gradꝰ plibus applicãdos in doctrina Aris. ꝛ Auer. Egi. d̃ Ro. q̃l. 3. q. 2.

¶ Uel posset poni de deo sub aliqua rõne attributali: que est q̃si passio: sicut aliqui ponũt de deo hãc sciam esse sub ratione boni. ¶ Uel posset poni d̃ deo sub rõe cõi ꝛ vli: vt entis: vel entis ifiniti: vel necesse esse: vel alicui⁹ talis.

Guil. vv. li. 1. in p lo. q. 6 hẽr. in sũma.

**Cõtra** istas oẽs positões arguit̃. ꝛ primo arguit̃ ꝯ istã de rõne cõi. nullus cõceptus cõis de deo ꝯtinet virtualiter oẽs veritates pprie theologicas ptinẽtes ad pluralitatẽ psonaꝝ. nã si sic: cũ illi ꝯcept⁹ cões naturalr cõcipiant̃ a nobis. ꝯ ppõnes imediate de illis ꝯceptib⁹ possent a nobis naturalr cõcipi vel intelligi. Et p illas ppõnes imediatas possem⁹ scire ꝯclones ꝛ ita totã theologiã naturalr acq̃rere. ¶ Scdo qꝛ ex q̃ cõceptus cões ñ sunt soli deo naturalr noti. ꝯ nec v̄itates icluse i illis cõibus ꝯceptib⁹ de q̃bus est theologia. ꝯ si essꝫ de deo sub rõne tali cõi: ñ eẽt soli deo naturalr nota. Cui⁹ oppositũ oñsuꝫ ẽ i pria qõne. ¶ Cõtra aliã positionẽ d̃ rõne attributali posset argui p easdẽ rõnes. ¶ Sꝫ adhuc arguo p alias spãles. primo: qꝛ cognitio ei⁹ qd̃ q̃d est: est pfectissima: vt dicit phs. 7. met. ꝯ cognitio illius essentie ẽ pfectior cognitio: q̃ cognitio pprietatis attributalis: que se hꝫ quasi passio huius nature fm Dam̃. lib. 1. c. 5. ¶ Scdo qꝛ si ille pprietates realr differrẽt ab essentia: essentia eẽt realr cã ipsaꝝ. ergo sicut differũt rõne ita essentia de sua rõne hꝫ rõnẽ incausati. ille aũt lꝫ p idẽtitatez cũ essentia sint incausate: nõ tñ fm suã rõnẽ formalẽ prio includũt incausationẽ sui. ¶ Tertio: qꝛ illud fm suã ppriã rõnem vr̃

t. c. 4. ꝛ inde

U.8. di.1.q. eē actualiꝰ in se: cui magis repugnat cōicabilitas ad plura ad extra: sz eēntie repugnat cōicabilitas ad plura ad ex̄: ⁊ nulli ꝓprietati attributali: nisi q̄tenꝰ ē illiꝰ eēntie vel idē illi eēntie inquātū infinite. ¶ Si ꝟo dicat̄ ꝙ q̄libet ꝓprietas ē īfinita: ⁊ iō incōicabilis ꝓpt̄ infinitatē. ¶ Cōtra. infinitas ista ē in eis ꝑꝑ idētitatē eaꝝ cū eēntia sicut ex radice ⁊ fundamēto oīs ꝑfectōis itrīsece. ¶ Cōtra viā ēt de respectibꝰ ad ex̄ pōt argui sic̄ ꝯ alias duas vias. Sz facio rōnes spāles. ¶ Prīo qꝛ respectus ad ex̄ est respectꝰ rōnis: sz scīa nō ꝯsiderās subm̄ suū sub rōne reali nō ē real̄. sicut nec logica ē real̄. lz ꝯsideret de rebꝰ vt eis attribuunt̄ intētiōes scd̄e. ꝗ theologia ñ eēt real̄. ¶ Scd̄o qꝛ absolutū ⁊ respectiuū nō faciunt aliquē vnū ꝯceptū ꝑ se. ꝗ ꝯceptꝰ aggregās illa duo ī se ē ꝯceptus vnꝰ ꝑ accñs. nulla aūt scīa ꝑma ē de ꝯceptu vno ꝑ accñs: qꝛ talis ꝑsupponit sciaz de vtraq̄ ꝑte. ⁊ iō si scīa subalternata sit de aliq̄ vno ꝑ accñs ꝑsuppōit duas tractātes de ꝑtibꝰ illiꝰ totiꝰ separatiz. Si igit̄ theologia eēt de tali vno ꝑ accñs. possz eē alia ꝑor ea q̄ esset d̄ ꝯceptu vno ꝑ se. ¶ Tertio nullus respectꝰ ad ex̄ vr̄ deo necīo cōuenire. ꝗ nihil theologicū necīo ꝯueniret deo: vt est subiectū theologie. ꝓbatio ꝯñtie qd̄ cōuenit alicui sub rōne non sibi necīo inherētis: nō conuenit illi necīo: sz respectꝰ ad ex̄ est hm̄ōi. ꝗ ⁊c. ⁊ ita nulla veritas theologica necīa esset. Et hec ꝯclusio ꝓbat̄ ꝑ ꝑmā ⁊ secūdā rōnes positas ad primā q̄ōnē. s. de rōne primi obiecti: ⁊ de notis soli deo naturalr̄. ¶ Cōcedo igit̄ quartum mēbrū. s. ꝙ theologia est de deo sub rōne q̄ est hec eēntia: sicut ꝑfectissima scīa esset de hoīe: si esset fm̄ ꝙ hō: nō aūt sub aliq̄ rōne vniuersali vel accidētali.

Quātū aūt ad ꝑmaz q. d̄ theologia nr̄a. dico: ꝙ qñ hītus ē in aliq̄ intellū hñs euidētiā ex obiecto: tūc ꝑmū od̄z illiꝰ habitus: vt est illiꝰ: nō tm̄ ꝯtinet virtualr̄ illū habitū: sed vt notū illi intellectui: ꝯtinet ip̄z hītū: ita ꝙ nōtitia obiecti ī illo intellū ꝯtinet euidētiā habitꝰ: vt in illo intellū: qꝛ intellectꝰ cognoscens tale od̄m pōt elicere oēz ꝯclōnē huiꝰ habitus. ¶ In habitu ꝟo nō hñte euidētiā ex obiecto: sz cātā aliunde q̄ ab obiecto noto: nō opz dare primū obiectū eiꝰ hñs duas dictas ꝯditiōes: imo neutraz opz dare: qꝛ ꝑinde est hītui: vt in hoc: ac si eēt de ꝯtingētibus: q̄ neutro mō hñt od̄m ꝑmū. tali ꝗ habitui nō euidēti ex obiecto dat̄ subiectuz primū de quo primo noto. i. ꝑfectissimo. ꝑmo. i. imediate cognoscunt̄ prime veritates habitꝰ illiꝰ theologia aūt nr̄a est hītꝰ nō habēs euidētiā ex obiecto. ēt illa q̄ est in nobis de theologicis necessarijs non magis: vt in nobis: hz euidētiā ex od̄o cognito: q̄ illa q̄ est de ꝯtingētibꝰ. ꝗ theologie nostre (vt nr̄a est) nō opz dari od̄m primū: nisi primū notū de q̄ noto imediate cognoscant̄ prime veritates. illd̄ primū notū est ens infinitū: qꝛ iste est ꝯceptus ꝑfectissimꝰ: quē possumꝰ hr̄e de illo qd̄ ē in se ꝑmū subiectū. qd̄ tñ neutrā ꝑdictaꝝ ꝯditionū hz qꝛ nō ꝯtinet habitū nr̄z virtualr̄ ī se: nec multo magis (vt nobis notū) cōtinet ip̄m hītū. tñ qꝛ theologia nr̄a de necessarijs:

necessarijs: est de eisdē de q̄bus est theologia i se: iō sibi assignat̄ subiectū p̄mū: q̄ ad hoc: ꝙ est veritates cōtinere i se: ⁊ hoc idē est subiectū theologie nr̄e: qd̄ ē primū subiectū theologie i se: sz qr illud nō est nobis euidēs: iō nō cōtinet istas vt nobis notū: imo nō est nobis notū. ¶ Si arguis: ergo nō est p̄mū obiectū nr̄i habit⁹. ¶ Rn̄deo verū est: nō est primū subiectū dās euidētiā: sz subiectū p̄mū ꝯtinēs oēs v̄itates natū dare euidētiā si ip̄m cognosceret. ⁊ hec dicta sunt ad duas qōnes de theologia necessarioꝝ.

¶Rñdeo lz antecedēs posset exponi de p se p̄mo mō vel secūdo mō: nō aūt tertio mō: prout dicit idē q̄ solitarie. ¶Tamē cōcedo q nullo mō inhērēdi inheret oppositū p̄dicati huius: q est p se eē speculativū: q theologia cōtingēs p se scdo mō est p se speculativa: ita q inhērētia sit p se ⁊ p̄dicatū determinet ꝓpter se. Sed p accidēs eē practicū p accidēs nō opponit illi: sicut esse nigrū simpliciter: ⁊ esse albū sm q̄d nō opponūtur. sm q̄d em: ⁊ simplr determinata p̄dicata: vt denominātia. ¶Si arguit p se est speculativa p se: q p se est speculativa: cōcedit: nec huic predicato repugnat hoc p̄dicatū p accidēs practica. ¶Si vo alterū illoꝝ duoꝝ: q tenet ista rñsio non teneat: tūc pōt ꝓcedi q theologia cōtingēs lz nō in se: q nō ex obiecto: rñn in oī intellectu creato ⁊ increato

Sco. sup primo sen. e

to eēt practica ꝑ accidēs: qꝛ vt ip sa est in itellectu diuino pōt esse cōformis praxi priꝰ: q̄ꝫ praxis illa eliciat̄, a volūtate creata: ꝑus em̄ intellectꝰ dei nouit pctōrem adultū in noua lege debere conteri: q̄ꝫ pctōr conterat̄: ⁊ sic nō tenēdo ꝑmū illorū cognitio dei ad praxim alteriꝰ operantis est practica: nō tenēdo etiā scd̄m: puta ponendo agere dei ad extra esse praxim eiꝰ aliā a volitiōe formaliter: lꝫ intellectꝰ dei non priꝰ nouit. a. esse creādū: q̄ꝫ volūtas sua velit: tn̄ prius nouit. a. q̄ꝫ creet: ⁊ ita praxim ad extra ꝑcedit notitia ꝯformis: lꝫ nō ex obiecto: sed aliūde cōformis. ¶ Hoc saltē teneo ꝙ theologia cōtingētiū non est ꝑ se practica siue ex obiecto: pōt tn̄ in intellectu creato eē practica ꝑ accidēs: ⁊ hec in illo intellectu: cuiꝰ est operari ſm praxim cui determinat̄ rectitudo a volūtate diuina. ¶ An ꝟo intellectui diuino sit practica? ptꝫ tenēdo illa duo: vel opposita: q̄d dicendū est cōsequēter. ¶ Probabilia tamē vident̄ hec tria. primū ꝙ practica est rectificatiua in praxi cognoscētis. Scd̄m ꝙ est rectificatiua potētie practicātis aliūde: q̄ꝫ a se rectificabilis. Et tertiū ꝙ in deo nō est potētia practicās alia nisi volūtas. Ex ꝑmo ⁊ tertio seq̄tur: ꝙ si diuina notitia eēt practica: ipa eēt rectificatiua in volitione diuina. Hoc aūt falsum est ex scd̄o istoꝝ: qꝛ volūtas diuina ex se ꝑmo recte elicit velle respectu primi obiecti. respectu aūt illoꝝ quoꝝ est ꝯtingēter: ex se sola determinat̄ nō ꝑ aliquā notitiā determinatiuā rectitudis ꝑcedētē.

## Ad argumenta

principalia ꝑme questiōis. ¶ Ad primū rn̄deo ꝙ fides nō est habitus speculatiuus: nec credere est actꝰ speculatiuꝰ. nec visio sequēs credere est visio speculatiua: sed practica. nata est em̄ ista visio cōformis eē fruitioni: ⁊ priꝰ naturaliter: haberi in intellectu creato: vt fruitio recta illi ꝯformiter eliciat̄. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ ꝯtingēs circa q̄d est sciētia practica est finis: vel ens ad finē. in agibilibꝰ aūt actio ē finis vltimꝰ ſm phm 6. Ethi. ergo cōtingētia actionis sufficit ad sciētiā practicā vl̄ obiectū scientie practice. ¶ Contra hoc arguit̄ ꝑmo: qꝛ sciētia est necessarioꝝ. ḡ circa cōtingētia non est scia. Aūs ptꝫ ex diffinitiōe scire. j. Poste. Silr. 6. Ethi. scientificū distinguit̄ a ratiocinatiuo penes necessariū ⁊ cōtingēs. ḡ oēs habitꝰ partis sciētifice sunt circa necessariū: scia aūt est habitꝰ istiꝰ partis: ḡ ⁊c. ¶ Preterea si theologia est circa ꝯtingēs agibile. ḡ est habitꝰ actiuꝰ cū rōne ꝟa. hec diffinitio est prudētie: vt dicit̄. 6. Ethi. ḡ theologia est prudētia ⁊ nō sciētia. ¶ Ad primū rn̄deo de cōtingētibꝰ sunt multe veritates necessarie: qꝛ actꝰ q̄ ꝯtingēter elicit̄: cōcludit̄ necessario debere eē talis ad hoc vt sit rectꝰ. De ipso ergo est sciētia quātū ad ꝯclusionē demōstratā necessario lꝫ in se sit ꝯtingēs: inquātū elicit̄ a potētia ꝓpria. Tūc ptꝫ ad auctoritatē. j. Poste. scia est necessarij dicti de ꝯtingēte: ⁊ ita veritates necessarie includūtur in veritate contingētis: vel cōcludūtur de aliq̄: q̄d est ꝯtingēs ꝑ rōnē alicuiꝰ ꝑoris necessarij. ¶ Per idem ad auctoritatē. 6. Ethic. qꝛ habitꝰ ꝑtis rōcinatiue est circa actū inquan

tū ꝯtingēter elicit: sz habit⁹ sciēti
ficus vel scia est circa idē: inquā
tū de eo aliqd necessario ꝯcludi-
tur. ¶ Si obijcit: ꝙ nō ē idē obie-
ctū habit⁹ sciētifici ⁊ rōcinatiui.
de hoc dicet inferi⁹: quō idē ob-
iectū pōt esse pluriū habituū: lz
non idē habit⁹ pluriū obiectoꝝ.
¶ Ad scdm dico ꝙ eodē mō con
cluderet sciētiā moralē eē prudē
tiā. nā sciētia moralis est habit⁹
actiu⁹ cū vera rōne. ¶ Iō dico ꝙ
diffinitio prudētie dz intelligi de
habitu actiuo ꝓximo q̄lis est ha
bit⁹ acq̄sit⁹ ex actib⁹. vñ sicut cir
ca factibilia ars se hz ad habitū
expti: ita circa agibilia se hz sciē
tia moralis ad habitū prudētie:
qꝛ habit⁹ artis ⁊ sciētie moralis
quasi sunt remoti ad dirigendū:
qꝛ vl'es: sz habit⁹ prudētie ⁊ exp-
ti: qꝛ gñati sunt ex actib⁹: sūt par
ticulares et ꝓpinq̄ ad dirigēdū.
¶ Ista expositio ē necia: alioq̄n
nulla esset scia practica: qꝛ q̄cūq̄
est habit⁹ actiu⁹ vel factiuus cū
rōne vera: ꝯclusio aūt est incōue-
niēs ⁊ ꝯ phm. 6. Meta. ⁊ ꝯ Aui.
j. Meta. c. j. ⁊ ꝯ auctoritates al's.
¶ Ad tertiā rōnē dico ꝙ Boeti⁹
intelligit ꝑ theologiā metaphy-
sicā: ⁊ ꝙ dicit de substātia dei. di
co ꝙ de⁹ ꝯsiderat in illa scia: quā
tū possibile ē ipm ꝯsiderari i sciē
tijs acq̄sitis. ¶ Ad aliud dico ꝙ
nobilitatis est in iferiori attinge
re suū supi⁹ ꝟm phm. 7. Poli. vñ
sensitiua hoīs ē nobilior: qꝛ ordi
natur ad itellectiuā q̄ sensitiua
bruti. Nobilitatis igit est in scia
ordinari ad actū nobilioris potē
tie: sed phs nō ponit aliquā sciē
tiā eē ꝯformē praxi volūtatis cir
ca finē: qꝛ nō ponit voluntatē cir
ca finē hr̄e praxim: sz quādā mo
tionē simplicē naturalē. iō nullā

posuit posse eē nobiliorē ꝑ cōfor
mitatē ad finē. Si tñ posuissz ali
quā praxim circa finē: ñ negasset
(vt vr̄) sciam practicā respcū isti⁹
praxis eē nobiliorē speculatiua
scia circa idē: puta si aliq̄ eēt spe
culatiua circa illa: circa q̄ ē scia
moral: nō diceret istā speculatiuā
eē nobiliorē morali scia. Nos au
tē ponim⁹ eē verā praxim circa fi
nē: cui nata est eē cognitio cōfor
mis. ⁊ iō ponim⁹. cognitionē pra-
cticā circa finē nobiliorē eē oī spe
culatiua. igr̄ pria ꝓpō rōnis: q̄ vr̄
posse sumi ex. j. meta. q̄uis eam
exp̄sse nō dicit phs: negāda est.
¶ Ad pmā ꝓbationē ei⁹ dico: ꝙ
scia illa ē nobilior: q̄ ē sui q̄ q̄ est
gr̄a alicui⁹ act⁹ iferioris se q̄libet
aūt scia quā ipe posuit practicā:
est gr̄a alicui⁹ inferioris se: q̄ sit
cōsideratio speculatiua: qꝛ saltē
circa obiectū aliqd iferi⁹ q̄ ꝙ po
nit eē obiectū speculatiue: ⁊ iō q̄
libet practica: quā ipse ponit: est
nobilior aliq̄ speculatiua: q̄ autē
est gr̄a alteri⁹ act⁹ nobilioris suo
ꝓpo actu: nō ē ignobilior ꝑꝑ ta-
lem ordinē: tūc em̄ sensitiua nr̄a
esset ignobilior sensitiua bruti.
¶ Ad scdam ꝓbationē propōnis
negate: cū dr̄ de certitudie: dico
ꝙ q̄libet cognitio sciētifica respe-
ctu sui obiecti est eq̄ certa ꝟm ꝓ
portionē: qꝛ vtraq̄ resoluit i sua
pncipia imediata: sz nō eq̄ certa
ꝟm q̄titatē: qꝛ hec sunt cognosci
bilia certiora illis: sed obiecta de
q̄b⁹ ponit phs: sciētias practicas
sūt min⁹ ꝑfecte cognoscibilia i se
q̄ de q̄b⁹ ponit aliquā speculati
uā. iō aliq̄ speculatiua ꝟm phm
ponit certior oī practica ꝟm quā
titatē. nos aūt ponim⁹ cognosci-
bile opabile: hoc ē attingibile ꝑ
opationē q̄ est vere praxis: in se

ci ars speculatiua respectu habitus experti: qꝛ ars tãq̃ vniuersalior habitꝰ nõ est ita imediate directiua: sicut appet primo meta. Artifex frequẽter errabit: expertꝰ ãt nõ ita errabit. Ita põt distingui medicia i speculatiuaꝫ q̃. s. ẽ d̃ vniuersalioribꝰ cãis ꝛ curis: q̃ cognitio ẽ remotior a praxi eliciẽda: ꝛ in practicã q̃ ẽ de ꝑticularibꝰ ꝛ ꝓpinquioribꝰ praxi ꝛ immediatiꝰ conformibꝰ praxi: tñ ꝯꝫ ꝯitatẽ illa vniuersalior (q̃ in cõpatiõe d̃r speculatiua) ẽ simplr practica: qꝛ virtualr includit illã ꝑticularẽ formalr ꝯformem praxi. ¶ Ad aliꝺ d̃ bõnitate ꝛ malitia dico: ꝙ nõ oĩs actꝰ bonꝰ est prio bonꝰ a circũstãtia finis: vt finis: imo ẽ aliq̃s bonꝰ a circũstãtia obi: puta vbi finis ẽ obm: ꝛ ibi circũstãtia finis vt obi: prio tribuit rectitudinẽ actui: ille enim actꝰ ex obo solo ẽ simplr bonus vt amare deũ sine aliis circũstãtiis ẽ simplr bonũ: falsuꝫ ẽ igitur ꝙ a fine vt finis ẽ: put. s. distigitur ꝯ obꝫ: accipiat prio bonitas actꝰ moralis. ¶ Immo scdo illꝺ est falsuꝫ: qꝛ actꝰ circa ens ad finẽ: lꝫ hẽat ꝑ vna circũstãtia finẽ tñ ab obiecto ẽ aliq̃ bonitas ꝑor a q̃ actus d̃r bonus ex genere.

¶ Tertia respõnsio ẽ directe ad positũ: qꝛ ꝛ si circũstãtia formalr circũstet praxiꝫ: vt sit bona: non tñ formalr circũstat itellectionẽ practicã: nõ em intellꝰ moderate siue medio mõ dicat actũ: ita ꝙ dictare circũstãtionẽ hac circũtia mediocriter: sꝫ itellectꝰ dictat ꝯꝫ vltimũ sue potẽtie: ẽ aũt illꝺ dictare rectũ a ꝑncipio ꝛ in principiuꝫ sumitur a primo obiecto

Cõtra istꝺ arguit ꝙ non sit distictio ꝑ obꝫ: qꝛ oẽ formalr tale est tale ꝑ aliq̃d sibi itrisecũ: ꝯ si habitꝰ ẽ formalr practicꝰ hoc ẽ ꝑ aliq̃d sibi itrinsecũ: ꝛ hoc nõ erit obm. ꝯ ꝛc. Exẽplũ. sol nõ ẽ formalr calidꝰ lꝫ sit ꝯtualr calidꝰ ¶ Preterea obꝫ nõ ẽ distictiuũ habitꝰ: nisi vt cã efficiẽs: cãe aũt efficiẽtes nõ distigũt effectꝰ spẽ: qꝛ a cãis diuersis spẽ põt eẽ idẽ effectus spẽ. sic calidũ idẽ spẽ gñatur vniuoce: ꝛ equoce ab igne ꝛ a sole. ¶ Ad ꝑmũ dico ꝙ eẽ practicũ dicit aliq̃d intrinsecũ notitie: sicut respectus apitudinalis ẽ intrinsecus fundamẽto: ꝛ ꝙ notitia aliq̃ sic sit apta nata referri: hoc ẽ ꝑ nãꝫ itrisecã notitie: quã nãꝫ hꝫ ab obo. vt a cã extinseca. Dico ꝯ ꝙ habitꝰ ẽ practicꝰ ꝑ intrinsecũ vt ꝑ cãm foralẽ ꝛ ꝑ obꝫ: vt ꝑ cãꝫ efficiẽtẽ. ¶ Ad secunduꝫ dico ꝙ lꝫ a cãis essentialr ordinatis: q̃rum vna ẽ equoca altera equoca: possꝫ eẽ effectꝰ vniꝰ rõnis sicut exẽplificat de calore: tñ qñ cãe efficiẽtes ꝓxime eiusdẽ ordinis ad effectũ causant aliqua: in quãtum ipse cause sunt distincte: maxie si vtraq̃ sit vniuoca effectui: siue vniuocatiõe ꝯpleta siue diminuta: nõ põt a cãis talibꝰ distictis eẽ effectꝰ vniꝰ rõnis Uniuocationẽ ꝯpletã, dico qñ est silitudo i fora ꝛ i mõ eẽndi fore. diminutã qñ ẽ silitudo i fora: lꝫ hẽat aliũ modũ eẽndi. qũ odomꝰ ex ẽ a domo imẽte. vñ ꝛ gñationẽ istã vocat aliq̃ mõ phs vniuocã. 7. met. Qꝛ igr obm ẽ cã ꝓxima respectu notitie ꝛ vniuoca: lꝫ diminute: sequit ꝙ distictio foralis obꝫ: cũ causẽt notitias inq̃tũ ipsa sunt distincta: necessario cõcludat distinctionem formalem notitiarum.

Bg.

t. c. 30. idẽ. 12 met. t. c. 13.

fectio: ergo intelligẽtia ꝓducta
perfecta quietatur in intelligen
tia ꝓducente. ¶ Contra

ista: potẽtia non
ꝙetat: nisi vbi ẽ
obiectũ suũ pfectissime ⁊ in sum
mo: obiectũ potẽtie frũẽtisẽ ens
in cõi ſm Aui. j. meta. c. 5. ℊ non
ꝙetat potẽtia fruẽs: nisi vbi ẽ p
fectissimũ ens: hoc ẽ summũ tm̃
¶ Itẽ potẽtia q̃ inclinat ad mul
ta obiecta p se: nõ ꝙetat in alio
vno pfecte nisi illo illõ includat om
nia p se obiecta: ℊtũ possunt in
cludi i alio vno: ⁊ potẽtia fruẽs
inclinat ad oẽ ens: sicut ad p se
obiecta: ergo nõ ꝙetat in aliquo
vno ente: nisi illõ ĩcludat oĩa en
tia: quãtũ possunt includi in ali
quo vno: possunt aũt; tm̃ pfectis
sime includi in vno ente infinito
ergo potẽtia põt tm̃ ꝙetari ibi in
summo. ¶ Itẽ intelligẽtia infe
rior videt: supiorẽ: ⁊ utvidet eam
eẽ finitã: aut credit eã eẽ infinitã: aut nec videt eĩ⁹ finitatez nec
infinitatẽ. Si credit eã eẽ finitã
ℊ nõ beatificat: ⁊ ea: qz stulti⁹ ni
hil põt dicẽ: ℊ falsa opi. aia: sit
beata ⁊ Aug. 11. de ci. dei. c. 4.
Si aũt nec videt eĩ⁹ finitatẽ nec
infinitatẽ nõ videt eã pfecte: nec
sic ẽ beata. Si aũt videt eã eẽ fi
nitã: igit põt intelligere aliquid
posse eã excedere: ista em̃ experi
mur in nobis: ℊ possum⁹ appe
hẽdere vltra qcũq; bonũ aliud
qd ostẽdit mai⁹ bonũ: ⁊ p conse
quẽs põt appetere vel amare ſlud mai⁹ bonũ: ⁊ ita nõ ꝙetatur
in illa intelligẽtia. ¶ Item duco
rõnẽ ei⁹ ad oppositũ: ⁊ secũda
intelligentia si cõcedatur sibi ℊ
causat tertiã: nõ causat eã in vir
tute ꝓpria: ⁊ virtute pme. ergo nõ finit eã virtute ꝓpria: ⁊
in virtute aliena: qđ aũt finit aliquid ⁊ in virtute alteri⁹ finis: vtvl
tim⁹ finis non ꝙetat illud: ℊ ꝛc.
¶ Alij arguũt cõtra istã opiniõnẽ: qz aia imago dei ẽ. ergo ẽ capax ei⁹ ſm Aug. 14. de tri. ca. 8.
vel. 15. Eo inquit imago ei⁹ ẽ: q̃
eius capax est: eiusq; ꝓceps et
põt. Et hoc sic: qcq̃d ẽ capax dei
per nihil minꝰ deo satiat: ergo
ꝛc. ¶ Sz ista rõ nõ ꝓcedit cõtra
phos: qz ꝓmissa assũpta de imagine est tm̃ credita nõ naturali
rõne cognita. rõ em̃ imagis quã
nos cõcipim⁹: fundatur in aia in
respectu ad deũ vt est b trinitatẽ deo
nõ cognoscit naturaliꝛ qz nec extremũ adq̃ ẽ: cognoscit⁹ a nobis
naturaliꝛ. ¶ Alij arguũt contra
rõnẽ eiusqz: qz aia ĩmediate creatur a deo igit in deo ĩmediate
ꝙetat. ¶ Sed hui⁹ rõnis añ est
tantũ creditum ⁊ negaretur ab
eo quiaipse ponit eã ĩmediate
creari ab vltima intelligẽtia ĩ ordine. ¶ Silr cõsequẽtia hec nõ
vz sicut nec ẽt illa ſpñia facta p
opi. Aui. Accidit em̃ ꝙ ꝓpter
in eode rõ primi effectiui: ⁊ rõ finis: nec quietat in ℊtũ principiũ p
fectiuũ ſz inquãtũ obiectũ per
fectissimuz: alioq̃n aia sensitiua
nostra q̃ creat a deo (ſm vnã opinionẽ) nõ posset pfecte ꝙetari ni
si in deo. ¶ In ꝓposito igit ideꝛ
est efficiẽs ⁊ finis qz in efficiente
ẽ plenitudo pfectionis obiecti: nõ
aũt in rõne efficientis vñ efficiẽs
est. includit rõ finis vel quietatiui. ¶ Teneo igit quãtũ ad hũc
articulũ hãc ꝛcclonẽ: ꝙ fruitio ordinata hz tm̃ vltimũ finẽ ꝓ obiecto qz sicut tm̃ assentiẽdũ est
per intellectũ primo vero ꝓpter
se: ita tm̃ assentiẽdũ ẽ primo bono
per voluntatem ꝓpter se.

Bona ꝓ. dz. 2. uentu ꝙ. 2. tura in. 2. da j. dis. j. arti. 2. q. 3. rõ ne. 3. añ opositũ.

Tho. ꝑte sũ. q. 12. arti. j.

Uide i 2. dist. 18.

**De tertio** articulo dico q̄ obiectum fruitiōis in cōi est finis vltimus vel verus finis q̄.s. est finis vltimus ex natura rei vel apparens qui.s. ondit a rōne errāte tāq̄ finis vltim⁹ vel finis p̄stitut⁹: quē scz volūtas ex libertate sua vult tāq̄ finē vltimū. duo prima mēbra satis patent. ¶ Tertiū pbo: qr sicut in ptāte volūtatis ē velle ⁊ nō velle: ita in ptāte eius est modus volēdi.s. referre: ⁊ nō referre: qr in ptāte cuiuscūq̄ agentis est agere ⁊ modus agēdi. ergo in potestate sua est aliq̄d bonū velle ꝓpter se non referendo ad aliud bonum: et ita sibi prestituendo finem.

**De quarto** articlo dico q̄ rō finis nō est ꝓpria rō obiecti fruibilis: nec i fruitiōe ordinata: neq̄ in fruitiōe cōiter sumpta. Qd nō in ordinata ptz. Tū qr tūc respectus includeret in obiecto beatifico inquātū beatificū. Tū quia iste respect⁹ est ens rationis tm̄. Tū qr si p impossibile eēt aliud obiectū summū bonū ad qd non ordinaret ista voluntas sicut ad finē: adhuc illud obiectū quietaret: in quo tn̄ p positū nō esset rō finis. ¶ Respectu ḡ fruitionis ordinate rō finis sm veritatē cōcomitat obiectū fruibile: vel forte i appheñsiōe ~~pcedit fruitionē~~: i fruitiōe iordinata finis apparētis rō finis concomitat apparēter obiectū fruibile: ⁊ forte in appheñsiōe ~~pua pcedit fruitionē eliciēdā~~ q̄si rō obiecti alliciēs. ¶ Sz in fruitione finis prefixi rō finis seq̄tur actū: qr vel dicit modū actus vel modū obiecti vt talis finis prefixus actus terminat ipm actū: qr volūtas appetēdo illud ꝓpter se tribuit sibi rationem finis.

**Ad primū** pncipale argumētū dico q̄ frui accipit extēsiue p amore honesti distincto ꝯ amorē vtilis ⁊ delectabilis: vel bona honesta dicūtur ibi pluralr nō ꝓpter pluralitatē essentiarū: sed ꝓpter pluralitatē pfectionū i deo fruibiliū. ¶ Ad scdm dico q̄ relatio aliq̄ finita necessario ē ad terminū: vel obiectū infinitū: qr qd est ad finē inquātū tale: est finitum etiā acceptū vt est oino ꝓximū fini: cū oibus.s. q̄ sufficiūt ad imediate attingēdū finē vltimū: ⁊ tn̄ relatio finis ad quē est illud: immediate nō fundat nisi in infinito. et hoc frequēter accidit in relationib⁹ ꝓportionaliū: ⁊ nō similiū: qr ibi pma extrema sunt maxime dissimilia. Ita dico in ꝓposito q̄ inter potētiā ⁊ obiectū nō est relatio similitudinis sed proportionis. et ideo bene pōt capacitas in natura esse finita: sicut ⁊ natura est finita: ⁊ tn̄ eē ad obiectū ifinitū sic ad suū correlatiuū. ¶ Sicut q̄dcūq̄ ens ad finē q̄tūcūq̄ sit infinitū nūq̄ tn̄ ad finē vltimū refert: nisi illud sit ifinitū. Contra obiectū adequatū satiat. ¶ Rn̄deo: nō adeq̄tū realiter satiat. Sz i rōne obiecti talis adeq̄tio est sm ꝓportionē et correspōdētiā. ¶ Vel alr dicendū ad scdm: ⁊ i idē redit q̄ lz appetit⁹ creature sit finitus subiectiue: nō tn̄ obiectiue: qr est ad infinitū. Et cū arguit de adeq̄tiōe: dicēdū q̄ duplex ē adeq̄tio vna i entitate: ⁊ hec req̄rit similitudinē i natura eoꝝ q̄ adequātur: et de hoc verū ē qd arguit: alia est adeq̄tio i ꝓportiōe q̄ ne

Additio.

cessario exigit diuersitatē extremorū: ⁊ hec nullo modo pōt adequari. Exēplū de adequatione inter materiam et formam.

¶ Per idē ad tertiū dico ꝙ nihil est maius: i rōne obiecti obiecto ꝓportionato aīe: aliq̄d tn̄ ē maiꝰ hoc est maiori mō attingibile: q̄ꝫ posset ab aīa attingi: sed ista maioritas nō est i obiecto: sz i actu: qd̄ declaro i exēplo. Si ponatur aliqd̄ albū visibile ſm decē gradus: ponat̄ visus capiēs istā albedinē: vel illd̄ albū ſm vnū gradū: et alius visus ponat̄ ꝑfectior isto ſm decē gradus. iste visus ꝑfecte capiet istud albū: quantū ad oēs gradus visibilitatis eiꝰ: ita ꝙ videbit ipm̄ quātum est visibile ex parte obiecti: ⁊ tn̄ si fuerit tertiꝰ visus acutior isto scd̄o: ꝑfectiꝰ videbit idē albū: vn̄ nō erit ibi excessus ex ꝑte graduū obiecti: sed tm̄ ex ꝑte actꝰ vidēdi. ¶ Ad q̄rtū dico q̄ nō q̄cūq̄ forma satiat appetitū materie totalr̄ extensiue. tot em̄ sunt appetitꝰ materie ad formas: q̄t sunt forme receptibiles in materia. nulla igit̄ vna forma pōt ꝑ se satiare oēs appetitꝰ materie ad formas: sz vna satiat ꝑfectissime. s. forma ꝑfectissima. illa tn̄ nō satiat oēs appetitꝰ materie: nisi i illa vna forma oēs forme includerent̄. ¶ Ad q̄rtū dico ꝙ intellectꝰ assentit vnicuiq̄ ꝟo ſm euidētiā ipsiꝰ rei: quā natū ē de se facere in itellectu: ⁊ iō nō ē in ꝑtāte itellectꝰ firmiꝰ: vel minꝰ firmiter assentire ꝟo: sz tm̄ ſm ꝓportionē ipiꝰ veri mouētis intellectū. in ꝑtāte aūt volūtatis ē intēsius assentire bono: vl̄ nō assentire: lz imꝑfectius viso. iō ꝯn̄a nō valet. ¶ Ad ꝓpositū dico ꝙ vnū obiectū pōt icludere oīa obiecta aliq̄ mō: ⁊ iō illd̄ solū obiectū ꝑfecte q̄etat potentiā: quātū pōt q̄etare: sicut fuit argutū in. ij. arti. ꝯ Auicē. nō tn̄ est oīno sile de q̄ete intꝰ ⁊ extra: qr q̄dcūq̄ receptiuū q̄etat̄ intra aliq̄ finito recepto: sz extra siue terminatiue nō opz ꝙ finito q̄etet̄: qr ad ꝑfectius extra pōt ordinari: q̄ꝫ possit i se recipe formalr̄: qr finitū non recipit formā: nisi finitā: tn̄ bn̄ hz obiectū infinitū. ¶ Cū ꝓbat̄: qr q̄libet forma q̄etat materiā suā: qr alr̄ sub quacūq̄ q̄esceret violenter. dico ꝙ q̄es violēta nūq̄ ē: nisi q̄escēs determinate inclinet̄ ad oppositum: sicut exēplificat̄ de graui respectu deorsuz vel descēsus: ⁊ q̄ete eiꝰ sup trabē: materia aūt prima ad nullā formā determinate inclinat̄: ⁊ iō sub quacunq̄ q̄escit nō violēter: sed naturalr̄ quiescit propter indeterminatam inclinationem ad quācunq̄.

# Questio. II.

Secūdo quero Utruz vltimus finis habeat tm̄ vnā rōnē fruibilitatis: an i ipo sit aliqua distinctio ſm quā voluntas possit eo frui ſm vnā rōnē: et nō ſm aliā? ¶ Et ꝙ sit in eo talis distinctio: ꝓbo: qr. j. Ethi. c. 7. Amplius aūt qr bonū eq̄liter d̄r enti. ⁊c. Dicit phs ⁊ cōmētator: ꝙ sicut ens et vnū sunt in oī gn̄e: ita et bonū: et specialr̄ ibi loq̄tur de relatiōe. ꝯ relatio hz ꝓpriā bonitatē: igit̄ ⁊ ꝓpriā fruibilitatē. ⁊ ꝑ cōsequēs cū sit ipa in deo alia: et alia: erit in deo alia et alia ratio fruibilitatis. ¶ Preterea sicut vnū cōuertit̄ cū ente: ita ⁊ bonū. ꝯ cū trāsferātur ad diuina: equaliter

trāsferētur: ꝯ sicut vnū est ibi essentiale: ⁊ ꝑsonale: ita bonū ⁊ bonitas. Sicut igit̄ i deo sunt tres vnitates: sic ⁊ tres bonitates: et ꝑ ꝯñs habet̄ ꝓpositū. ¶ Preterea actꝰ non terminat̄ ad obiectū inquantū numerat̄: nisi obiectū: vt est formale obiectū numeret̄. sed actꝰ fruēdi terminat̄ ad tres ꝑsonas inquātū tres: ꝯ obiectuꝫ fruitiōis: inquātū obiectū formale numerat̄. ꝓbatio minoris: credimꝰ in deū inquātū trinus: igit̄ videmꝰ deū inquātū trinꝰ: qꝛ visio succedit fidei ſm totā eiꝰ ꝑfectionē. ꝯ fruemur deo inquantū trinus. ¶ Ad oppositū: in oī ordine essentiali est tm̄ vnū ꝑmū. igitur in ordine essentiali finitū est tm̄ vnꝰ finis. fruitio aūt est respectu finis: ꝯ ⁊c. ¶ Itē ꝑmo efficiēti correspōdet vltimꝰ finis: sꝫ est tm̄ vnū efficiēs primū: ⁊ sub vna rōne. igit̄ tm̄ vnꝰ finis. ¶ Itē confirmat̄ rō: qꝛ tāta est vnitas efficiētis: ꝙ nō pōt efficere vna ꝑsona: nō efficiēte alia. igit̄ similr̄ tāta erit vnitas finis: ꝙ nō poterit vna ꝑsona finire: alia nō finiēte. et sic seq̄tur ꝓpositū. ¶ Ista etiā scd̄a rō cōfirmat̄ ꝑ Aug. 5. de tri. c. 14. vel. 34. Fatēdū inq̄t est patrē ⁊ filiū vnū eē ꝑncipiū spūssancti. ad creaturā ꝟo pr̄ et filius ⁊ spūssctūs vnū ꝑncipiū: sicut vnꝰ creator: ⁊ vnꝰ dñs. ¶ Itē sicut in deo est vna maiestas: ita est vna bonitas: sed ꝓpter vnā eiꝰ maiestatē debet̄ ei tātū vna adoratio ſm Dam̄. li. j. c. 9. ita ꝙ nō cōuenit adorare vnā ꝑsonā: nō adorādo alias. ꝯ ēt nō ꝯtingit frui vna ꝑsona: nō fruēdo alia vel aliis.

2. Meta. te. cō. 8.

**Ista questio** posset habere quadruplicem difficultatē ſm quadruplicē distinctionē in diuinis. Prima est distinctio essentie a ꝑsonis. Scd̄a distinctio ꝑsone a ꝑsona. Tertia essentie ab attributis. Quarta essentie ab ideis. De tertia ⁊ quarta mō nō dicā: qꝛ nō est ostēsum: qualis sit ista distinctio: nec vtrū ista distinctio ꝑtineat ad fruitionē tātū: igit̄ de duabꝰ distinctionibꝰ primis nūc dicendū est. ¶ Et quātū ad istas distinctiōes vidēdū est primo de fruitiōe viatoris: quātū ad possibilitatē eiꝰ. ¶ Scd̄o de fruitione cōprehēsoris. et hoc loquēdo de potentia dei absoluta. ¶ Tertio de fruitione cōprehēsoris. loquēdo de potētia creature. ¶ Quarto de fruitione cōprehensoris ⁊ viatoris. loquendo de facto.

**De primo** dico ꝙ possibile ē viatorē frui essentia nō fruēdo ꝑsona: et hoc fruitione ordinata. qd̄ ꝓbatur: qꝛ ſm Aug. 7. de tri. c. j. vel. 5. si essentia relatiue d̄r: non est essentia: qꝛ oīs essentia q̄ relatiue d̄r est aliquid excepto relatiuo: ex quo cōcludit. iij. c. quapropter si pater non sit aliq̄d ad se: nō erit aliq̄d: qd̄ ad alterū dicātur. Est igit̄ essentia aliquod obiectū cōceptibile: in cuiꝰ cōceptu nō includit̄ relatio. ꝯ sic pōt cōcipi a viatore. Sꝫ essentia sic cōcepta hꝫ rōnē summi boni. igitur ⁊ ꝑfectā rōnē fruibilis: igitur ꝯtingit ea frui: etiā ordinate. ¶ Et cōfirmat̄ rō: qꝛ possibile est cōcludi ex puris naturalibꝰ eē vnū summū bonū: ⁊ tm̄ ex illis naturalibꝰ nō cognoscet hō deū: vt trinꝰ est. ergo circa summū bonum sic cognitū potest habere aliquē actū volūtatis et nō necessario inordinatū. igitur habebit actū fruitio

ptꝫ. 12 meta. ⁊ alibi de q̄ infra di. 2. q. 1.

mis ordinatū circa essentiaz: nō circa personas vt nos concipim⁹ personas. Econuerso autez non est possibile: q fruatur ordinate psona: non fruēdo cētia: qz persona in rōne sui includit cētiā. ¶Scdo ēt dico q viator potest frui ordinate vna psona: nō fruēdo alia. Qd̄ pbo: qz respectu triū B psonaz sunt articuli distincti fidei: pōt ḡ concipi vna psona cui cozndet vn⁹ articulus: nō ꝓcipiēdo alia psona cui cozndet alius articulus: z tunc in ista psona cōcipit rō summi boni. possibile est ergo frui ista persona sic concepta nō fruendo alia. ¶Si dicas q persona est cozrelatiua. igit si ꝓcipit z suū cozrelatiuū cōcipit. ¶Rndeo q z si cognitio relatiui requirat cognitionē cozrelatiui: nō tamē opz cognoscētē z fruentez vno relatiuo cognoscere z frui suo cozrelatiuo: qa possibile est frui deo inquātum creator: non fruēdo creatura: que terminat illam relationē. ¶Similr̄ lz dicat pr̄ relatiue ad filiū: z ideo nō posset intelligi inquātū pater sine filio: nō tn̄ dr̄ relatiue ad spm̄ sanctum inquātum pater. ergo possibile erit cōcipere patrem: vt patrē. z frui eo nō cōcipiendo neqz fruendo spiritu sancto.

**De scdo** articlo dr̄ q nō ē pcle b potētia dei absoluta: q aliqs ꝓcipiēs ꝑfectū aliqd̄ z fruat cētia nō fruēdo psona. Et hoc pbat pmo de visiōe: q. s. nō sit pcle absolute aliquē intellectum videre essentiā: nō videndo personā. pbatur pmo sic: cognitio cōfusa est impfecta: visio aūt illius essentie non potest esse cognitio impfecta igitur nō potest esse cognitio confusa: sed si esset tn̄ visio essentie: z nō persone: esset visio cōfusa: qz esset visio alicuius cōmunis ad psonas z nō illaruz psonaz: qz videt incōueniēs. ¶Scdo sic: visio est exītis vt exīs est: z vt presens est videti fm existētiā suā: z in hoc distinguit visio ab intellectione abstractiua: qz pōt esse nō existētis: vel existētis: nō inquātū in se p̄sens. Et est in intellectu ista distinctio inter intellectionē intuitiuam z abstractiuā: sicut in parte sensitiua est distinctio inter actum visus: z actū phātasie. illa autē cognitio cētie diuine erit intuitiua. ḡ erit existētis: vt p se exīs ē z in existētia presentis virtuti cognoscēti. nō existit aūt essentia nisi in personis ergo nō pōt eē visio eius: nisi in psona. ¶Ītē non pōt aliqd̄ cognosci cognitiōe intuitiua: nisi quo sunt aliq̄ plura distincta ex natura rei: nisi ēt illa distincte videant. Exemplū. albedo nō videt distincte: nisi videātur oēs partes eius que sunt in basi piramidis: que partes distinguunt ex natura rei: igit nō distincte vr̄ essentia: nisi ēt videantur psone. Ex his arguit ad ppositū quātū ad secūdā distinctionez. l. psonaz inter se: qz si nō pōt videri essentia nisi in psona: z nō magis videt in vna psona ꝑ in alia qz eque imediate videt se habere ad qualibet psonā. ḡ nō pōt videri: nisi videat in q̄libet psonaz ita nō vr̄ i vna psona nisi videat i alia. ¶Ulteri⁹ ēt arguit ad ppositū quātū ad frui qz volūtas nō pt magz abstrahere obm̄ suū ꝑ itellis oñderē. igit si itellis nō pt distincte ostēdere cētiā sine psona vel vnā psonā sine alia. ergo nec volūtas poterit distincte frui.

¶ Hoc ēt ꝯfirmaꝛ sic qꝛ volūtas nō pōt hr̄e actū distinctum circa obiectū ex parte obiecti: nisi ponaꝛ distinctio i obiecto vel re vl rōne. sed si intellēs apprehendit indistincte essentiā: ꝛ personam non erit distinctio ex parte obiecti: nec rei: nec rōnis. ergo volūtas nō pōt hr̄e ibi actū distinctū ex parte distinctionis in obiecto prio. ꝙ nō rei pꝫ. ꝙ nec ēt rōnis pbo: qꝛ intellēs non distincte apprehendit hoc vel illud. igiꝛ nec distingui: hoc ꝛ illud. ¶ Ex pte fruitōis arguiꝛ sic. fruitio q̄etat fruētē: sꝫ vna psonā nō pfecte q̄etat sine alia: nec eēntia sine psona: qꝛ tūc potētia q̄etata in illa: nō posset vlterius in aliquo alio q̄etari: qꝛ vltiate quietatū nō est vlterius quietabile: ꝛ p ꝯñs ista potētia nō posset vlteri⁹ quietari in alia persona: nec frui ea: qđ falsum est. ¶ Itē si quietareꝛ in vna psona solaꝛ patꝫ ꝙ pōt frui alia: vel igiꝛ fruitio isti⁹ psone pt esse cū fruitiōe alteri⁹: vel erunt incōpossibiles: ita ꝙ vna nō erit cū alia. Si pmo mō. ergo duo actus eiusdē speciei erūt in eadē potētia simul: quoꝝ vterqꝫ equatur capacitati illi⁹ potētie: qđ est impossibile. Si scđo modo: igiꝛ neuter actus est fruitio: qꝛ neuter actus poterit esse ppetuus. ¶ Itē mens est imago trinitatis. ergo nō potest quietari nisi in trinitate. ergo nec frui aliquo ordinate nisi deo trino.

C

Quātū ad istū articulū de potentia absolūta dei non video ꝯdictionē qn possibile sit ex parte intellectus ꝛ volūtatis: ꝙ vtriusqꝫ actū terminet eēntia: ꝛ nō psona: vel vna psona: ꝛ nō alia: puta ꝙ intellēs videat eēntiā: nō psonā: vel vnā psonā: ꝛ nō aliam: ꝛ ꝙ voluntas fruaꝛ eēntia: non psona vel vna psona: ꝛ nō alia. hoc psuadetur sic. ¶ Pr̄ prius origie: ꝙ generet filiū est pfecte btūs: qꝛ nullā perfectionē sibi intrinsecā hꝫ a psona pducta: beatitudo eñ est pfectio intrīseca psone beate. sed si i illo priori est pr̄ pfecte beatus. igiꝛ in illo priori hꝫ obiectū pfecte beatificās. non vr̄ aūt in illo priori hr̄e essentiā cōicatā tribus: vt obꝫ sꝫ vt essentiā absolute: vl essentiā: vt est in vna psona pcise. ꝗ nō est de rōne eēntie: vt est obiectū beatificū: ꝙ beatificet in quantū est cōicata trib⁹: ꝛ ita nō vr̄ ꝯdictio: siue quātū ad fruitionē: siue quantū ad visionē. ¶ Rñdeꝛ ꝙ pr̄ hꝫ essentiā: vt in tribus psonis: pro obiecto: ꝛ tñ prio sm originē qꝛ ex se hꝫ illā essentiaꝫ obiectā sibi: ꝛ hoc est eē pri⁹ origine. nō est eñ ibi prioritas aliq̄ sꝫ quā obijciaꝛ sibi eēntia: vt est in vna psona: nō vt in alia: sicut nec ꝛ ipsa i aliq̄ priori nature obijciꝛ vni psone: ꝛ nō alij: sed tñ vni obijciꝛ ex se: alij nō ex se. ¶ Contra. q̄libet psona itelligit formalr intellu: vt est i ipsa: nō vt ē i alia: nec vt est in trib⁹: vt pꝫ ex. 15. de tri. c. 7. vel. 9. q̄libet psona intelligit sibijpsi. igiꝛ ita vr̄: ꝙ q̄libet itelligit pfecte p se intelligendo eēntiā: vt est i se formalr: igiꝛ pfecta intellectio: q̄ est beatifica: nō necessario ex se req̄rit eēntiā: vt in trib⁹: pbatio pme ꝯsequētie: nō min⁹ ad intellectionē requiriꝛ intelligibile: ꝙ intellēs. igiꝛ in pfecto intelligēte ex se nō minus req̄riꝛ ꝙ habeat in se obiectum vt formalr intelligibile: ꝙ ꝙ habeat itellēꝫ in se: vt quo itelligat.

Nota ꝙ doc. in originali suo cācellauit totā istā lr̄aꝫ supra ꝙ vides ex: ꝛ cōtinuauit sic: hoc psuadetur sic Actus omnis hñs pmū obiectuꝫ ꝛc.

¶ Cõfirmat rõ: q; si pr̃ intelligeret beatifica visione essentiaz: vt in filio. igit aliquid q̃si reciperet a filio: vel ab aliquo : vt in filio. ꝓsequentia ꝓbat̃ p argumẽtum phi. 12. meta. quo ꝓbat deũ non intelligere aliquid aliud a se: q; tunc vilesceret eius intellectus q; perfectionẽ reciperet ab intelligibili. igit ita h. imo qõ est maius incõueniẽs: perfectionẽ simpliciter puta visionẽ beatificam q̃si recipes pr̃ a tribus ꝓsonis vt obiectis vel ab aliquo vt in tribus. Et tũc videnť sequi duo ab surda. ꝓmũ q; nõ oẽm ꝑfectionez hz pater a se z sic nõ esset prius origine. Aliud q; non oĩs ꝑfectio simplr̃ z cẽntialis sit aliquo mõ prior ꝓpriet̃ibus hz aliq̃ quasi posterior ipsis ꝓsonis puta ista que est ab obiecto vt in trib9 ꝛc.

t. c. 51. Nota bene

Addi tio.

¶ Preterea. Si intellect9 vt nõ in se sed vt in aliquo producto esset ꝓncipiũ beatitudinis patris pater nõ esset beatus a se. ergo si essentia vt in producto esset: per se obiectum beatitudinis pater non esset beatus a se ꝓntia ꝓbatur q; obiectum vt obiectũ non minus requiritur ad beatitudinez q̃m intellectus.

¶ Respõdeo obiectuz requirir̃ vt ꝓsens nõ vt inexistẽs. intellectus requirir̃ vt inexistẽs q; eo formaliter intelligit pater non sic obiecto. hoc pz q; nullus est beatus nisi intellectu inexistente. est autez aliqs beatus obiecto non inexistente z esset naturaliter beat9 si naturaliter haberet obiectum presens hz non inexistens. nõ sic aũt de intellectu. ¶ Cõtra. quãdocũq; aliq̃d est a se tale erit tale si per ipsi sibile q̃libet aliud non esset.

¶ Itẽ pr̃ nõ recipit aliq̃d a filio vel ab aliquo. vt i filio sicut ab obiecto beatitudinis sue: q; q̃ est a se: nõ requirit aliq̃d necessario ad sui esse q; nõ est a se z hoc tãta necessitate quãta õpẽdens requirit illud a quo dependet. hec ratio bene cõcludit q; pater nõ tm̃ ex pte intellẽs hz ex parte obiecti hz a se vñ sit̃ beatus. z p ꝑs essentiã vt essentia beatificat nõ tm̃ vt in tribus q; ita requirit obiectũ ꝓsens a se sicut intellus. ergo breuiter in sũma a se beat9 est pr̃ vtroq; mõ s. intellu z cẽntia q; fiat tale entimema. a se beatus est pr̃. g̃ hz obiectũ beatificũ vt beatificuz a se. g̃ nõ hz illud vt in trib9 p obiecto q; tũc vt in filio p se q̃si ageret ad beatitudinẽ patris.

¶ Rñdeo cõparãdo cẽntiã vt essentia cẽ ꝓmũ obiectũ btificũ ad pr̃z hz simul necessario btificet̃cũ trib9 : ita ẽt necessario simul cũ trib9 intelligit creaturas nõ tm̃ ab eis filio. s. z spũ sancto recipit intellectionẽ eaz hz ab essentia tãq; ab obiecto quã hz a se. ita ꝓparãdo essentiã diuinã ad intellectũ creatũ põt eẽ obiectũ ꝓmũ sine scõo obiecto.

¶ Modus ponendi est iste. Act9 ois hñs ꝓmũ obiectũ. a quo essentialr̃ dependet. z obiectũ scõm a q̃ essentialr̃ nõ dependet sed tẽdit in illud virtute ꝓmi obiecti: hz nõ possit manere idẽ act9: nisi hẽat habitudinẽ ad ꝓmũ obiectũ: põt tm̃ manere idẽ sine hitudine ad scõm obm: q; ab eo non dependet. Exẽplũ. idẽ est actus visiõis cẽntie diuie: z aliaz rez in essentia: hz essentia in se est ꝓmũ obiectũ. res vise: secũdariũ obiectũ. nõ posset aũt manere eadẽ

virtute ꝓmi obi

visio: nisi essz eiusdē essentie: posset autē manere absqz hoc: q̄ essent res vise in ea: sicut igit̄ deꝰ absqz ꝯdictiōe pōt cooperari ad actū illū: inquātū tēdit in p̄muz obiectū nō cooperādo in ip̄z inquantū tēdit in scd̄m. ⁊ tn̄ ē actꝰ idē: ita sine ꝯdictione pōt cooperari ad visionē eēntie: vel fruitionē: q̄ essentia hz quasi rōnē primi obiecti: nō cooperādo eidem actui visiōis vel fruitiōis: inquātū tendit in personā: ⁊ ita in vnā q̄ nō in aliam: q̄ persone hn̄t rōnem obiecti quasi secūdarij.

Per hoc ad argumēta. cū p̄mo dr̄ de visione ꝯfusa. dico q̄ vl̄ē in creaturis diuidit̄ in suis singularibꝰ hoc aūt qd̄ est diuidi: imp̄fectionis est. ideo nō cōpetit ei: qd̄ est cōe in deo: imo essentia diuina q̄ de se est cōis personis: est de se hec. iō igit̄ est cognitio alicuius vl̄is abstracta a singularibꝰ: ꝯfusa ⁊ imp̄fecta: q̄ obiectū est confusum diuisum in illis q̄ in ipso ꝯfuse ꝯcipiunt̄. hec aūt cognitio essentie diuine distincta est: q̄ ē obiecti: qd̄ est de se hoc: ⁊ tn̄ non opz in illo distincte cōcepto: personam distincte cōcipi: q̄ illud nō est primus terminꝰ visionis vel fruitionis: vt dictū est. ¶ Ad scd̄m cū dr̄ de essentia existente ⁊c. dico q̄ necessariū est terminū visionis esse existēs: inquātū existens: nō tn̄ opz: q̄ subsistētia. i. incōicabilis existentia: sit de rōne termini visionis: essentia aūt diuina est de se hec: ⁊ actu exn̄s lz nō includat de sua rōne incōicabilē subsistentiā: ⁊ ideo ipsa: vt hec: potest terminare visionem: absqz hoc q̄ videant̄ p̄sone. Exēplū: album vr̄ intuitiue inquātū existens: ⁊ presens visui s̄m existentiā suā: nō opz tamē albū videri tanq̄ subsistēs: vel inquātū hz rōnē suppositi. q̄ nō hz rōnē suppositi: nec suppositū in q̄ est videt̄. ¶ Ad formā argumēti pz q̄ lz nō sit visio: nisi existētis inquātū existēs: ⁊ nō est existēs nisi in persona: nō sequitur. igit̄ est existētis inquātū in p̄sona est: sz tm̄ dz inferri: q̄ est subsistētis: vl̄ existētis in subsistēte. ¶ Ad tertiū dico q̄ p̄ma ꝓpositio est falsa. nisi qn̄ i illis ex natura rei distinctis ip̄m p̄mū visum distinguit̄. sicut pz i exēplo tuo d̄ basi piramidis. nā albedo ⁊ albū visum distiguit̄ in partes: in q̄bus vr̄: ⁊ iō nō distict e videret̄ albuz nisi ille p̄tes in q̄bꝰ distinguit̄ albū visum: distincte viderent̄. In ꝓposito aūt etsi p̄sone ex natura rei distinguātur: tn̄ essentia visa nō distiguit̄ in eis q̄ est d̄ se hec iō pōt distincte videri sine illis visis q̄ subsistūt in ea. Ad aliam deductionē vlteriorē de volūtate etsi nō oporteat rn̄dere q̄ antecedēs est falsum ⁊ iā negatū tn̄ q̄ ꝯn̄tia nō vr̄ necessaria pōt rn̄deri. cū dr̄ q̄ volūtas nō plus abstrahit q̄ intellectus ostēdit. Dico q̄ intell's pōt ostēdere aliqd̄ obiectū primū voluntati: ⁊ in isto p̄mo obiecto ostēdere potest aliqd̄ per se obiectū: sed non primū. ⁊ vocat̄ hic obiectū primuz totū illud ad qd̄ terminat̄ actꝰ: ⁊ obiectū p̄ se: qd̄ includit̄ p̄ se vnitiue in obiecto terminātē p̄mo. Utraqz aūt rō ibi ostensa sufficit ad hoc q̄ volūtas habeat actuz suū circa illud: nō em̄ opz q̄ volūtas velit totū primū ostensuz: sed pōt velle illud: qd̄ ostēdit̄ in illo ostēso: ⁊ ēt nō velle. Exēpluz

ponit tale: in ẽpatu ostẽdit sacerdotiũ. talis oñio sufficit ad hoc q voluntas hẽat velle vel nolle circa sacerdotium: ita q ex tali ostensione possit hẽ velle circa ẽpatũ: ⁊ nõ circa sacerdotium: tñ nõ est nisi vna ostensio: ⁊ ostẽsio vnius obiecti primi in quo tñ includit aliqd: vt p se obiectũ. dico tũc q volũtas nõ abstrahit vle a particulari vel singulari: sed voluntati ostenduñt plura obiecta per intellectum: qui est aliquoz plurium inclusoz in primo obiecto quoz vtrũq vt sic ostẽsum põt voluntas velle vel nõ velle. ¶ Ad 2 firmationẽ cũ dr: obiectũ autẽ differt re: aut rõne. Dico q differt rõne. ¶ Et cũ pbat q nõ: q intellꝰ nõ distincte ꝯcipit hoc ab isto. Dico q nõ opz ad distinctionẽ rõnis: q intellꝰ habeat il la sicut obiecta distincta. ſz sufficit q in prioꝰ obiecto cõcipiat aliquid. ¶ Ad illud de ẽtatiõe dico: q pr eternus ẽtat i essentia sua: vt est in se. nõ g sequit. g nõ põt ẽtari in cẽtia: vt est i filio: vel spũ sctõ. imo ẽtat in eẽtia: sua vt cõicata est eis: ⁊ hoc eadẽ ẽtatione: qua ẽtat in cẽtia vt est in se. qõ cm quietat primo in aliq obiecto ẽtat in illo i ãcũq est cm illũ modũ. ita hic: si btus pius fruat cẽtia postea psona nõ ẽtat vlteriou quietatiõe: ꝯ pri quietabat: sed eadẽ quietatione: inquãtũ obiectũ quietans termiat: vt in aliquo: ⁊ pius nõ terminabat vt in illo. ¶ per hoc ad vltimũ argumẽtũ dico q non erunt ibi duo actus: q quicũq actus est ibi fruitionis: vel visionis est obiecti primi sub vna rõne formali. sed iste actꝰ vnꝰ põt esse obiecti p se virtute primi obiecti: vel põt cẽ tm ipsius obiecti primi. nec ergo erunt duo actus ciusdẽ spẽi simul nec successiue.

¶ Ad illud de imagine rñsionẽ quere. ¶ põt dici q ꝯcludit de facto regulariter ⁊ de potentia ordinata. lz oppositũ esse possz de potentia dei absoluta. ✠ ¶ Vel dicat q cõsequẽtia non valet. q: licet de deo trino volũtas fruat: nõ tñ vt trino: quere infra solucõdo. 3. principale huiꝰ q. ⁊ supra cõtra opi. Aui. q. 1. huius dist. ⁊ alibi vt scias ad illud motiuũ de imagine.

Addꝫ tio. Vsupra. opinione aui. ⁊ p q hui⁹ q. supplet nõ q natur. nubi obie ptissime. alioz.

**Quãtum** ad tertiũ articulũ de potẽtia creature dico: q intellꝰ nõ põt de potẽtia sua naturali videre essentiã: nõ vidẽdo personas: q cũ intellꝰ de se sit potẽtia naturalis: ⁊ nõ libera: agente obiecto: intellꝰ agit: quãtũ põt. ergo ſz si obiectũ ex parte sui agit manifestando tres personas intellectui: nõ est in ptãte intellꝰ: vt videat aliqd ostẽsuz: ⁊ aliqd nõ videat. ¶ Simili non est in ptãte volũtatis ordinate frui sic: non fruẽdo sic: q: sicut nõ est in ptãte volũtatis ordinate manentis: vt nõ fruat. si cm nõ frueret nõ impedita: i hoc peccaret. ⁊ mereret nõ frui. ita nõ est in ptãte voluntatis: vt ordinate fruat aliquo: ⁊ nõ fruat quocunq põt frui: ⁊ iõ nõ est in potestate volũtatis ordinate manẽtis: sub aliqua rõne nõ frui: sub qua potest frui.

¶ Sed de ptãte absoluta voluntatis est magis dubiũ tñ ibi põt dici q nõ est in potestate volũtatis frui sic ⁊ nõ frui sic: q: lz in potestate volũtatis sit aliqs actus vt põnat in cẽ vel non ponat tñ nõ est in potestate eius vt actus

positus in eē habeat illā conditionē vel nō hēat q̄ naturalr cōpetit actui ex ratione obiecti.

¶ Exēplū lz in ptāte voluntatis sit elicere actū peccati vel nō elicere tn̄ si actus positus in eē habeat deordiationē ex natura sui nō est in ptāte volūtatis vt actꝰ sic positus in eē sit vel nō sit deordinatus: actus autē fruitionis quātū est ex natura sui primi obiecti natus est vt sit trium personaꝝ in essentia qꝛ nō ponēdo aliqd̄ miraculū ex parte obiecti erit de se triū. ergo non videtur esse in potestate voluntatis vt actus positꝰ in esse sit essentie vt in tribus vel nō vt in tribus. ¶ Si dicas q̄ ista rō cōcludit q̄ nō est in ptāte dei vt actꝰ sit essentie ⁊ nō trium personarum.

¶ Dico q̄ non sequit. nā actus alicuius elicitus est in ptāte dei quātū ad aliquā cōditionez que naturalr sibi cōpeteret ex obiecto ⁊ tn̄ nō est in ptāte creature quātū ad illam cōditionē. Exemplū in ptāte dei vt est actus elicitus a voluntate peccante referatur ad deum qꝛ deus refert illuz actū ad se nō tamē est in potestate volūtatis qn̄ positꝰ est in esse vt illo vtat̄ ad deum qꝛ illo actu fruit̄ creatura nō pōt autē simul eodez actu vti ad deum ⁊ frui alio a deo. Exēpluz istud nō vr̄ bonū qꝛ actꝰ iste peccātis refert̄ ab vna potētia non ab alia. Dimittat̄ exēpluz illud ⁊ teneat̄ ratio qꝛ accedēs necessario cōsequēs actū positum pōt nō inesse manēte actu ⁊ hoc subest volūtati diuine nō aūt voluntati create eliciēti actū. Ita dicat̄ de conditione quā actus natꝰ est hr̄e respectu obiecti secūdarij necessario: quātū est ex se: nō tn̄ essentialiter: ideo subest volūtati diuine vt illa cōditio nō insit. ¶ Cōtra q̄cq̄d nō necessario cōcomitatur actū est in potētia volūtatis eliciētis illū. Uel sic. quecūqꝫ nō necessario simul respiciunt̄ ab actu volūtatis: nec ēt ab ipsa: vt elicit actū vel sic: quecūqꝫ separari possunt: vt termināt actū volūtatis possunt etiam separari respectu potētie: vt elicit actum.

**Quātū** ad quartū articulū de facto. dico q̄ de facio erit vna fruitio: ⁊ vna visio essentie in tribꝰ p̄sonis. hoc dicit Aug. 1. de tri. c. 10. in fine: qꝛ neuter sine altero ostēdi pōt: ⁊ loquit̄ de pr̄e ⁊ filio: qd̄ intelligendū est de potētia ordinata: de q̄ locutꝰ ē philippꝰ volēs pr̄ez sibi ostēdi: q̄si potuisset d̄ facto vidisse filiū sine pr̄e vt Augu. tractat ibi de v̄bis philippi: ⁊ rn̄siōe xp̄i hoc ēt vult Aug. 15. d̄ trini. c. 16. Oēm inquit sciaz nostrā vno simul ꝯspectu forte videbimꝰ. ⁊ qd̄ dicit forte: nō refert̄ ad od̄m beatificū: sed ad alia videnda in eo. ¶ Similr dico de viatore: q̄ de facto fruitio hitualis ordiata necessario simul ē triū p̄sonaꝝ: licz aliqn̄ nō actualis: nullus em̄ viator nec cōprehēsor ordinate pōt frui vna p̄sona nō fruendo alia: hoc ē nisi hitualr fruat̄ alia: hoc est q̄ sit in p̄xia dispōne fruendi alia: si distincte illa concipiat̄ ab illo. ⁊ iō nō stat fruitio vniꝰ p̄sone cū odio alteriꝰ p̄sone: qꝛ sicut dicit saluator in Joā. c. 15. Qui me odit: ⁊ patrē meum odit.

**Ad argumēta** p̄ncipalia. ¶ Ad primū d̄ p̄mo ethicorū dico: q̄ bonū vno mō ꝯuertit̄ cū ente:

ente: ⁊ isto mō bonū pōt poni in q̄libet gn̄e. sed bonū: vt sic: nō hz rōnē obiecti fruibilis. ⁊ iō nō opz q̄ in q̄cūq̄ sit bonū: hoc mō sumptū: q̄ sit ibi ꝓprie rō obiecti fruibilis. rō em̄ boni fruibilis nō est rō boni in cōi: sz boni pfecti: qd̄ ē bonū nō habēs defectū: vel saltē ſm apparētiā est tale: vel ſm p̄fixionē volūtatis qualis nō ē relatio. ¶ Ad scdm dr: q̄ illa q̄ vniformiter respiciūt essentiā ⁊ ꝑsonā: tm̄ sunt essentialia. sz q̄ tm̄ cōueniūt ꝑsone: sunt p̄cise ꝑsonalia. q̄ aūt sub alia rōne respiciūt essentiā: ⁊ sub alia rōne ꝑsonā sunt et essentialia: ⁊ ꝑsonalia. primo mō se hz bonū. scdo mō se hz paternitas. tertio mō se hz vnū: qr idiuisio sub vna ꝓpria rōne ꝑtinet ad eēntiā: et sub alia ꝓpria rōne ꝑtinet ad ꝑsonas. ¶ Sz ꝯ: istius cām: q̄rit argumētū. Arguit em̄ cū hec duo videant eē eq̄ cōuertibilia cū ente: ⁊ ad diuina transferri: q̄ eq̄liter vtrūq̄ erit eēntiale tm̄: vel vtrūq̄ essentiale ⁊ ꝑsonale. ¶ Jō est alia rn̄sio q̄ obiectū fruitiōis opz q̄ sit aliq̄ bonitas q̄ditatiua: ⁊ nō perfectio suppositi: qr ꝑfectio suppositi: vt distinguit ꝯ ꝑfectionez q̄ditatiuā: nec ē formalis rō agēdi: nec ē formalis rō termini alicui⁹ actiōis. ꝑfectio autē q̄ditatiua nō est nisi ꝑfectio abstracta a supposito: q̄ de se respicit oē suppositū indifferēter. ⁊ iō bonitas: vt terminat actū fruēdi: opz q̄ sit tm̄ ꝑfectio q̄ditatiua. vnitas aūt pōt esse et ꝑfectio q̄ditatiua: ⁊ rō suppositi: qr nō dicit rōnem de se principij actus: nec rōnē formalē termini alicui⁹ act⁹. est igit bonū nō quomodocūq̄ sumptū: sed bonū q̄ditatiue sumptū termin⁹ fruitiōis:

qr est ꝑfectio q̄ditatiua: q̄ scz est rō essentialis: et nō rō suppositi. sz vnitas vno mō est rō essentialis. alio modo rō suppositi. scdo mō nō est rō formalis: nec terminus formalis actus fruitionis. ¶ Jō dico q̄ ens ꝑma diuisiōe diuidit in ens q̄ditatiue: ⁊ i ens habēs q̄ditatē: qd̄ est ens subsistens. Nūc aūt: q̄cq̄d est ꝑfectio formalis: est ens q̄ditatiue ⁊ entitas q̄ditatiua. nā ꝑfectio formalis est q̄ in q̄libet ente meli⁹ est eē: q̄ nō esse: sz nihil est tale nisi sit entitas q̄ditatiua: prout abstrahit a subsistere. Ens aūt subsistēs hn̄s q̄ditatē est ꝯhens illā ꝑfectionē. Et nō est formaliter illa ꝑfectio q̄ditatiua. Nunc aūt est ita: q̄ vnū qd̄ cōuertitur cuz ente est tā ens q̄ditatiue q̄ ens subsistēs: et iō ē tā eēntiale q̄ notionale: sz bonū (vt hic loq̄mur de eo) vt dicit formalē rōnē terminādi actum volitionis: est entitas quiditatiua. Et ideo est tantum essentiale ⁊c.

¶ Ad tertiū dico q̄ ly inquantū pōt solūmō denotare illud qd̄ sequit: accipi ſm suā rōnē formalē vel vltra hoc: etiā denotare pōt illud esse formalē rōnē inherētie predicati ad subiectum. scdo mō sumit reduplicatio ꝓprijssime: qr reduplicatū siue sumat pro toto seipso ꝑmo: siue ꝑ aliq̄ qd̄ includit in intellectu ei⁹: accipiēdo reduplicationē formalr: semp illud ꝑ q̄ accipit notat eē formalis rō inherētie predicati ad subiectū. ¶ Ad ꝓpositū ergo dico q̄ si reduplicatio illa quātū ad vtrūq̄ istorū accipiat in maiori: ipsa est vera: et minor falsa. Si vero pro primo tantum: et nō pro secūdo: minor est vera: et maior falsa.

Sco. sup primo sen.

Additio.

¶ Cū ꝓbat minor ſm primū modū accipiēdi eā. dico ꝙ videbimꝰ tres inquātū tres: hoc eſt rō formalis trinitatis videbit. Sz ipa trinitas nō erit rō formalis vidēdi: vel cā īherētie p̄dicati ad ſubiectū. ſ. fruitiōis vel viſionis: ſed vnitas eēntie. ¶ Cū ꝓbatur vlterius ꝑ credere deū trinū inquantū trinꝰ: dico ꝙ nō eſt ſile: qꝛ eēntia diuina nō cauſat i nobis immediate actū credēdi ſicut cauſabit immediate actū vidēdi: ⁊ hoc eſt ꝓpter impfectionē intellectiōis nr̄e ꝓ ſtatu iſto: qꝛ intelligimꝰ ꝑſonas diſtinctas ex creaturis: et diſtinctis actibꝰ: ⁊ ita quantū ad cognitionē noſtrā pōt mō trinitas eſſe rō formalis cognoſcēdi: tūc aūt erit preciſe cognita: ⁊ nō ratio formalis cognoſcēdi: qꝛ tūc videbitur per rationē eſſentie in ſe: vt per rationem obiecti.

## Ad ratiōes in oppopoſitum

¶ Ad primā dico ꝙ eſt tm̄ vnus vltimus finis i ſe: tn̄ illud hz i ſe diſtinctas rōnes aliq̄s: q̄ nō ſunt formalr rōnes vltimi finis. et ita poſſibile eſt frui eo ſub rōne vltimi finis formalr nō fruendo illo ſub illis rōnibꝰ. ¶ Ad ſcdm dico (ſicut dictū eſt in p̄cedēti q̄ſtiōe) ꝙ ꝑ accidēs eſt: ꝙ in eodē cōcurrāt rō efficientis ⁊ rō finis. tn̄ de facto vna eſt rō formalis ipſiꝰ finis: ſicut vna eſt rō formalis ipiꝰ efficiētis: ſed in illa vna rōne pōt potētia q̄etari: lz nō q̄etet in rōnibꝰ ꝑſonalibꝰ q̄ ſunt in illo fine. ¶ Ad cōfirmationē cū dr: nō pōt vna ꝑſona creare: niſi alia creet: dico ꝙ nō ſeq̄tur. ergo vna nō poteſt finire actū fruitiōis: niſi alia finiat. bn̄ em̄ ſeq̄tur ꝙ vna perſona ex natura rei nō eſt finis niſi alia ꝑſona ſit finis: ſz nō ſeq̄tur de fine actꝰ vt eſt elicitꝰ a potentia: qꝛ finis actus vt eliciti eſt ad quē potētia eliciēs ordinat actū: et ꝓpter quē elicit ipm̄. ſed finis ex natura rei ē bonū: ad qd actꝰ ex natura ſui natꝰ ē ordinari: nō q̄dē in rōne obiecti qd attingit ꝑ actū: ſz ſicut oēs nature create i ſuo gradu ad finē vltimū ordinātur. ¶ Ad auctoritatē. 5. de trini. ptz ꝙ loquit de facto et formali rōne eiꝰ. ¶ Ad vltimū de adoratione dico ꝙ vna ē adoratio habitualis triū ꝑſonarū: qꝛ q̄cunq̄ adorat vnā: habitualr ſe ſubiicit toti trinitati. ſz nō opz ꝙ actualiter cogitet de alia ꝑſona. qn̄ adorat vnā ꝑſonā: ſicut ptz de orāte vnā ꝑſonā oratione q̄ nō dirigit actualr ad aliā: ſicut ptz de illo hymno. Ueni creator ſpūs ⁊c. et de multis orōnibꝰ in eccleſia inſtitutis. vn̄ orōnes eccleſie freq̄nter dirigūtur p̄ri: ⁊ in fine inducitur filiꝰ ſicut mediator. ꝗ dū aliquis refert actualiter intētionē ſuā ad orandū patrē: non opz ꝙ actualr tūc cogitet de filio vl de ſpūſctō: niſi habitualiter: q̄uſq̄ poſt iducat filiū i cogitatiōe ſua tāq̄ ſ. mediatorē. Et ſicut ē eadē adoratio habitualis nō tn̄ actualis: ita ē eadē fruitio habitualis: lz nō neceſſario eadē actualis.

## Queſtio. III.



Conſeq̄nter q̄ro de frui in ſe ⁊ p̄mō ſuppoſito ꝙ ſit aliq̄d voluntatis preciſe. ¶ Quero an ſit aliq̄s actꝰ elicitꝰ a volūtate? vel paſſio recepta in volūtate: puta

aliq̄ delectatio? Qd̄ sit delectatio ꝓbo: qꝛ fructus est vltimū qd̄ expectat̄ de arbore: ꝯ silr in spūalib⁹: fruct⁹ est vltimū qd̄ expectatur de obiecto: sꝫ tale est delectatio: qꝛ delectatio seq̄tur actū. 10. Ethi. ergo ꝛc. ¶ Item ad Gal. 5. Fructus spūs est charitas: gaudiū: pax ꝛc. q̄ numerantur ibi: videtur passiōes: vt ptꝫ de gaudio aut saltē. nō sunt act⁹: sꝫ cōsequētes actū. fructu aūt fruimur per se: ꝯ frui est aliq̄d ꝑ se cōsequēs actū: vt videt̄. ¶ Cōtra: volūtas actu elicito amat deū: aut igitur ꝓpter aliud ꝛ tūc vtit̄: ꝛ ita est ꝑuersa: aut ꝓpter se: ꝛ tūc fruit̄ ex diffinitōe de frui: ꝛ sic frui ē act⁹.

In ista q̄stiōe ꝑmo videndū ē de ipis cōceptib⁹. Scd̄o de significato nois.

in oppositū. ¶ Ad primā auctoritatē Aug. rñdeo q̄ sapiētia licz abstrahat̄ a sapiente: qd̄ ē opās. tñ adhuc significat potētiā opatiuā vel p̄ncipiū opatiuū. ⁊ ideo nō abstrahit̄ summa abstractiōe qr potētia opatiua aliq̄ mō ꝯcernit aliq̄d. ⁊ pp talē ꝯcreationē aliq̄lē: aliqual'r ꝯcedit̄ q̄ sapiētia ē nata: nullo āt mō q̄ eēntia sit nata. Qd̄ aūt Aug. dicit aliqñ: filiū eē eēntiā de eēntia: hoc exponet̄ in se. q. q̄ hoc nō pbat eēntiā eē genitā vel generātē: sz eē illd̄ de q̄ fili⁹ gñet̄. ¶ Vel dicēdū sz q̄ magr̄ dicit. 28. di. q̄ sapiētia stat ibi p supposito siue hypostasi. sic qn d̄r v̄bū vl' fili⁹ i eo v̄o qd̄ dicit nata: itelligit̄ necessario q̄ dicit v̄bū vl' imago. ⁊ sic itelligit̄ q̄ fili⁹ ē eēntia: qr termin⁹ eēntia

Sic in origiali doctoris.

lis stãs ꝑ ꝑsona idicat: ꝙ illud sit i eẽntia. sz qũo sapientia põt stare ꝑ supposito. nõ aũt eẽntia Rõ iã dicta est: qꝛ sapiẽtia nõ ẽ qd abstractũ vltĩa abstractione sicut eẽntia. ¶ Ad dictũ Ricar. si intẽdit reꝑhendere magistruz ibi: sicut ex ꝟbis eiꝰ apparet: cũ doctrina magistri ⁊ ꝑcipue ista: auctẽticeť ꝑ ꝯciliũ gñale in cap̃. ꝑ̃alegato. nego Ric. tenẽdo magistrũ. ⁊ ꝙ dicit: magr̃m adducere multas auctoritates ꝯ̃ se: magister bñ exponit eas: sicut patebit i se. q. nullã aũt hz ꝑ se auctoritatẽ: sz hz illã vl'is eccl'ie capi. ꝑ̃allegato: q̃ maria ẽ: qꝛ dicit Augu. i libello ꝯ̃ epl'am fundamẽti. Euãgelio nõ crederẽ: nisi eccl'ie catholice crederez: q̃ eccl'ia sicut determiauit: q̃ libri habẽdi sũt in canone biblie: ita ẽt determinat q̃ libri habẽdi sunt auctẽtici i libris doctorũ: sicut ptz in canone ⁊ post istã auctoritatẽ canonis ñ iueniť i corpe iuris scriptũ aliqd ita auctẽticũ: sicut scriptũ magistri: ꝑ̃allegato cap̃. ¶ Ad rõnẽ illã de cõicare: dico ꝙ ꝓductio hz ꝓductũ pro termino suo primo. ⁊ dico ħ ꝑmũ terminũ: terminum adeq̃tum. ⁊ hoc mõ dicit phs. 7. meta. ꝙ ꝯpositũ ꝑmo gñať: qꝛ est qd ꝑmo hz eẽ ꝑ ꝓductionẽ: hoc ẽ adeq̃te. i ꝯposito tñ forma ẽ formal' terminꝰ gñatiõis: nõ aũt terminꝰ ꝑ accñs: sicut appet ꝑ phm 2. phy. vbi ꝓbat formã esse naturã: ꝑ hoc ꝙ gñatio ẽ natural': qꝛ ẽ via i naturã. ẽ ãt via i formã. ꝗ ⁊c. q̃ rõ nulla eẽt: si forma eẽt, tm̃ terminꝰ ꝑ accñs gñatiõis: ⁊ i eodẽ ẽt vult ꝙ forma ⁊ finis coincidũt in idẽ: qd nõ est verũ de fine geniti: sz gñatõis. ꝗ terminꝰ formal' gñatiõis vere ẽ ipa forma. ipz igr̃ generãs vnã hz hitudinẽ ad ꝑmũ terminũ: q̃ dr ꝓductꝰ siue genitꝰ ⁊ aliã habitudinẽ hz ad formalẽ terminũ. ⁊ i creaturis vtraqꝫ habitudo ẽ realis: qꝛ vtraqꝫ hitudo hz termios realr distictos: ⁊ realis depẽdẽtia ẽ vtriusqꝫ ꝓducti ad ipm ꝓducẽs: i ꝓposito aũt ꝓducẽs ad ꝑmũ ꝓductũ hz rel'onẽ realẽ: qꝛ distinctionẽ realẽ ⁊ realẽ originẽ. ad terminũ aũt formalẽ i ꝓducto: nõ hz relationẽ realẽ: qꝛ nõ distinctionẽ realẽ: sine q̃ nõ est relatio realis. ꝓducere igr̃ in diuinis dicit rel'onẽ realẽ: cõicare aũt dicit relationẽ originis: ⁊ q̃si rõnis cõcomitantẽ illã realẽ. cũ igr̃ dicitur: ꝙ iste sunt relationes opposite scz cõicare ⁊ cõicari. dico ꝙ sunt relatiões rõnis opposite: ꝑm ꝓprias rõnes suas lz necessario cõcomitẽtur aliq̃s rel'ones reales oppositas. s. ꝓducere ⁊ ꝓduci: sz iste rel'ones: ⁊ ille ñ sunt eorũdẽ relatoꝝ formalr ¶ Exẽplũ huiꝰ de ꝑncipio quo i creaturis: refertur realiter ad ꝓductum: sicut qd: ad idem enim genus cause pertinet ars ⁊ edificator. 5. metaphy. Sed hic: quoqꝛ non est distinctũ: nõ hz relationẽ realẽ ad ꝓductũ disti. 7. Ita nec ecõuerso terminus formalis ad producens.

¶ Per idem ad scdm dico. ꝙ nullũ extremũ vnius correlationis ẽ idem formaliter cum extremo alterius correlationis. cõmunicãs enim et producens: lz cõcurrant in eodẽ supposito: quia natura nõ dr ꝓprie cõicans se sicut dicit cõicata: tñ cõicãs non dicit formaliter eãdẽ relationẽ: quã dicit ꝓducẽs vt ꝓducẽs. cõicari autẽ et ꝓduci: nec eãdẽ dicunt rel'onẽ nec idẽ primo denominant.

Manichei. s.

dist. 15 ca. scriptura s

G

t. c. 26 27. et 32.

t. c. 14

t. c. 70

H

t. cõ. 2

# Ad argumenta

logica cũ primo arguit̃ de p̃dicatiõe p se. dico q̃ eẽntia nõ p̃dicat̃ p se prio mõ de pr̃e: neq̃ formalr̃ Cũ ꝓbas: qꝛ nõ p accidẽs: dico q̃ (sicut in creaturis) nõ oĩs p̃dicatio est p se vel p accidẽs: accipiendo accidẽs ꝓprie: vt qñ accidẽs predicat̃ de subiecto: nõ em̃ genꝰ p se predicat̃ de dr̃ia: nec sic per accidẽs: qꝛ neutrũ neutri accidit nec ambo tertio: sꝫ ẽ ibi medium extraneũ siue inferiꝰ ꝯhens aliud qđ inferius põt dici accidẽs superiori. i. extraneũ: sꝫ nõ ꝓprie accidẽs. In diuinis aũt nõ oĩa sunt p se eadẽ. i. formaliter: nec tñ est aliquid idem alicui p accidens proprie: sꝫ aliquid est idem alicui absoluta identitate: absq̃ formali identitate: ⁊ ita est in proposito.

¶ Predicatiões p se sunt formales: de idẽticis nõ tradidit arist. Alr̃ dictuꝫ p se ⁊ formalr̃ stat ꝓ supposito. 5. trini. c. 5. in deo medium inter scđaꝫ subam ⁊ scđm accidẽs. ¶ Cõtra. Pater ẽ q̃ generat: pr̃ est eẽntia. igit̃ ⁊c. Rñdeo variatur predicatio.

¶ Ad aliud dico. q̃ ista eẽntia ẽ pr̃ põt distingui: qꝛ pr̃ p̃t sumi adiectiue vel substãtiue. scđo modo significat psonã cuius ẽ paternitas: ⁊ ꝯcedo eã esse verã p idẽtitatem: qꝛ substãtiuũ põt p̃dicari de aliquo p idẽtitatẽ: prio mõ significat ipsaꝫ ꝓprietatẽ denoĩatiue. ⁊ hoc mõ exponit magr̃ dist. 27. qꝛ idẽ est patrẽ eẽ ⁊ genuisse. hoc mõ ista est falsa. essentia est: pꝫ: qꝛ significat patrẽ formalr̃ p̃dicari de essentia: qñ igr̃ arguis de subiecto ⁊ passiõe. dico q̃ qñ passio p̃t p̃dicari p̃dicatiõe eiusdem rõnis cuꝫ illa: qua p̃dicat̃ subiectũ: vel qñ hꝫ similẽ modũ predicãdi põt ex subiecto inferri passio. qñ non: nõ. hoc subiectũ si sit substãtiuũ põt predicari p identitatẽ. passio aũt si est passio: nõ põt: sꝫ tantuꝫ formaliter quia est adiectiuum.

¶ Ad aliud essentia ẽ pr̃ filij: q̃dã doctor repetit opiniões alioꝝ primã magr̃i Alexãdri. qui distinguit istã: essentia est pr̃ filij: sicut iaꝫ distincta est illa p̃cedẽs. s. eẽntia est pr̃: q̃ pater põt sumi adiectiue vel substãtiue. prio mõ dicit ipsam esse falsam: ⁊ cõsequentiã non valere. scđo modo veram.

Henr. prima parte sũ. q. 20. mẽbro. 3. arti. j. i rñsiõe ad. 5. argumẽtũ.

¶ Aliaꝫ magr̃i p̃positiui. q̃ dicit eã simplr̃ eẽ verã: ad qđ hꝫ duas rõnes. vnã p ꝯuersionẽ: qꝛ si conuertens est vera cõuersa erit silr̃ vera: sꝫ hec est vera: pater filij est essentia: ḡ essentia est pater filij.

¶ Aliã hꝫ rõneꝫ: qꝛ hec ẽ simplr̃ vera: essentia ẽ pr̃: aut igr̃ alicuiꝰ aut nullius: si nullius. ḡ oĩno nõ est pater. si alicuius ⁊ nõ nisi filij. ergo essentia est pater filij.

¶ Cõtra magr̃m alexandrũ arguit sic: ⁊ ꝓbat q̃ li pater tm̃ tenetur adiectiue. qm̃ noĩa q̃ imponũtur a potẽtia actiua ⁊ passiua: vt sunt magr̃ ⁊ discipulus: pr̃ ⁊ filiꝰ edificator ⁊c. sumunt̃ tm̃ i significatiõe adiectiua: ⁊ hoc i respectu quẽ hñt ad aliud qđ respicit potẽtia a q̃ imponunt̃: sꝫ qñcũq̃ aliquid hꝫ rõneꝫ adiacẽtis vel adiectiui ex respectu ad aliud quãto magis ẽ determinatus eiꝰ respectus: tãto magis hꝫ rõneꝫ adiacẽtis vel adiectiui: ⁊ tãto minꝰ q̃to magis est indeterminatꝰ: sicut pꝫ de respectu modi infinitiui: quẽ grãmatici dicũt posse supponere magis q̃ alios: qꝛ illi dicũt finitã inclinationẽ ad suppositũ: ille vero infinitã inclinationẽ ad suppo

situm: infinitiuus aūt ⁊ adiectiuū in neutro gñe potiꝰ substātiuant̄ q̄ꝫ in gñe masculino vel feminino ꝗ cū: li pr̄ filij: habeat finitā ⁊ expressam habitudinē: nō sic aūt cū per se ponit̄: li pr̄: ideo lꝫ posset teneri substātiue dicēdo: essentia est pr̄ nō tñ nisi adiectiue dicēdo essentia est pater filij: ⁊ sic simplr̄ ista ē falsa: essentia est pater filij.

¶ Et si obijciat̄: eēntia ē pr̄: ⁊ nō est pr̄ nisi filij: ꝗ ē pr̄ filij: aut nō ē pr̄. ¶ Rñdeo ꝙ ē fallacia figure dictiōis: qꝛ in ꝑma ꝓpositiōe pr̄ per se supponit ꝓ tota ꝑsona. in scd̄a aūt cū d̄r: ꝙ est pr̄ filij: copulat ꝓprietatē tm̄ circa subiectuꝫ.

¶ Patet etiā ꝙ nō valet argumētuꝫ ꝑmū p̄positiui: pr̄ filij ē essentia. ꝗ essentia ē pr̄ filij ꝑ ꝯuersionez: qꝛ dꝫ sic cōuerti. ꝗ aliq̄d qd̄ ē essentia est pr̄ filij. sicut ista. indiuiduū est hō. nō sic ꝯuertit̄: ꝗ hō est indiuiduū: sed sequit̄. ꝗ aliq̄d quod est homo est indiuiduum.

¶ Silr̄ scd̄a rō nō valet: cum arguit̄: essentia est pr̄. aut igitur alicuius: aut nullius. ¶ Dicēdū ꝙ non sequit̄ ꝑꝑ fallaciā figure dictionis: qꝛ statiꝫ cū addit̄: alicuiꝰ vel nullius alr̄ copulat q̄ꝫ prius supponebat. Et dicendū ē ꝙ nullus est pr̄. i. nō alicuius est pater: ⁊ nō sequit̄ ex hoc ꝙ nō sit pr̄: ꝑꝑ figurā dictiōis: sꝫ sequit̄ tm̄. ꝗ nō cōuenit ei ꝓprietas pr̄nitatis.

¶ Ideo rñdet tertio mō ꝙ hec est simplr̄ falsa: essentia ē ꝓater filij: qꝛ li pater tm̄ tenet̄ adiectiue propter rationē premissam.

¶ Cōtra modū eiꝰ dicēdi arguo sic: qd̄ includit̄ essentialr̄ in cōceptu alicuiꝰ: sicut ꝑs ꝯceptus: nō pōt ab eo excludi sub quocunq̄ mō ꝯcipiat̄. si em̄ sub aliquo mō cōcipiat̄: ⁊ illud excludat̄: tūc ille modus repugnat rōni cōceptꝰ q̄ ꝯcipit̄: cū ꝗ in ꝯceptu relatiui: ex hoc ꝙ ꝯceptꝰ relatiuꝰ: nō vt hoc mō ꝯceptꝰ vel illo necessario includat̄ correlatiuū: vt terminꝰ eiꝰ qꝛ nō pōt eē nec intelligi sine eo sicut nec sine termio: hoc ē em̄ eē eius. ꝗ quocūq̄ mō ꝯcipiat̄: siue adiectiue: siue substātiue sꝑ icluderet̄ correlatiuū. vt t̄minꝰ: ⁊ ita nullo mō p̄t itelligi vt absolutū.

¶ Itē tūc ista eēt icōgrua: pr̄ filij est eēntia: qꝛ adiectiuū nō substātiuatū nō supponit ꝯgrue ꝓ subiecto. Nisi in subiecto sit determinatio. Ibi autē in subiecto determinat̄ pater ꝑ filiū ad quē hꝫ determinatū respectum. ergo ⁊c.

¶ Iō teneo opi. Alexādri distinguendo (sicut ipse distinguit) ꝙ substātiue ē ✝a: adiectiue falsa.

¶ Ad rōnes Prepositiui: dico ꝙ cōuersa est vera substātiue: adiectiue incongrua: qꝛ masculinum non potest substantiuari.

¶ Ad secundā eius rōnē: dico ꝙ essentia ē pr̄: igit̄ alicuiꝰ: ⁊ ꝯcedo ꝙ est filij: sꝫ cū arguit̄ in rōne p̄ncipali: si eēntia est pr̄ filij. ꝗ filius est filius eēntie: nego ꝯñam. cuꝫ ꝓbat̄ ꝑ illā ꝯñam mutuā in relatiuis: dico: ꝙ illa ꝯña mutua tꝫ i illis relatiuis: q̄ sunt primo relatiua. tꝫ etiā in his q̄ referunt̄ ꝑ relatiōes. si tñ dicant̄ formalr̄ relatiōes de eis. sicut si formalr̄ sor. ē pater pla. ecōuerso: formalr̄ pla. est filius sor. In his tñ q̄ nō referunt̄ p̄mo: nec etiā denominātur formalr̄ ab ipsis relatiōibus: sed relatio p̄dicat̄ de altero eoꝝ per idētitatē: nō valet ꝯña. sꝫ est ꝯñs a positiōe ꝯsequētis: qꝛ ibi in cōsequēte plus significat̄ q̄ꝫ in antecedēte. in antecedēte em̄ notat̄ identitas relatiōis ad aliquid de

quo d̄r: sz in ꝯsequente significat̄ illud aliud referri ad illud forma liter: cū em̄ d̄r filius est filius eēn tie: ex vi ꝯstructiōis: significatur essentiā eē ꝓpriuz correlatiuū ei⁹ qd̄ est filius ⁊ ita filiū eē formal̄r filiū eēntie: añs aūt nō significat relationē p̄r̄nitatis formal̄r cōue nire essentie: sz tm̄ ꝑ identitatez.

¶ Ad vltimū dico. cū accipis ge nitū inquantū genitū ē aliq̄d. ne go nisi aliq̄d: vt extēdit se ad ali q̄d: ⁊ tūc mi. ē falsa. ⁊ cū dicis nō est nihil. dico vt sepe p̄dictū est: ꝙ inter ꝯdictoria est mediū cum li: inquātū: ita ꝙ neutrū inest cum: inquantū. sicut nec hō inquātum hō est albus: neq̄ inquātū hō est nō albus: tñ nō sunt duo ꝯdicto ria cōplexa simul falsa. ista enim ꝯdictoria ē vera: hō nō inquātuz hō est albus: ita hic. genitū nō in quantū genitū est aliq̄d: qr rō gi gnitionis nō est formalis rō inhe rentie p̄dicati. ita scz ꝙ li: inquan tuz: dicat rationē formalē geniti: lz genitū in se formaliter sumptū sit per identitatem essentia.

¶ Quid igr̄ dicet̄ de genito inq̄ tuz genitū? pōt ꝯcedi ꝙ genitum inq̄tū genitū est ꝑsona vel subsi stēs: sed nō sequit̄ vlterius. ergo inquātum genitū est aliq̄d: acci piendo aliq̄d pro essentia: ꝓpter non identitatē formalem ratiōis personalis cum essentia.

¶ Utrū eēntia sit cōicās vel cōi cata? ꝙ nō: qr tūc ꝓducta: ꝓbat̄ dupl̄r vt supra. ¶ Cōtra. 13. tri. 26. ⁊ Joānis. 10. pr̄ meus qd̄ de dit mihi. ¶ Solutio de dupl̄r termino prio ⁊ formali. Sil̄e de duplici p̄ncipio prio ⁊ formali. ¶ Ad argumenta ⁊c.

Sic in originali.

# Questio. II.

Secūdo q̄ro d̄ scd̄a ꝯte di. vtrū fili⁹ gene ret̄ de sub̄a p̄ris? ꝙ ñ ꝛ. 7. de tri. c. 6. ⁊ 12. Tres ꝑsonas ex eadē eēntia non dicimus: sub̄a aūt vr̄ vniformiter se hr̄e ad quālibet ꝑsonā. ḡ nulla persona est de alterius substātia.

¶ Itē ꝯstructio alicui⁹ cū suo ge nitiuo nō notat maiorē distictio nem cōstructibiliū q̄ p̄positio cū suo casuali qñ addit̄ eidē cōstru ctibili. ḡ nō maior distinctio nota tur hic: filius eēntie p̄ris: q̄ fili⁹ de essentia p̄ris: sz nō concedit̄ ꝙ sit filius essentie patris: quia tūc essentia generaret filium. ergo.

¶ Itē cū d̄r fili⁹ ē de sb̄a p̄ris aut li: de. notat distinctionē: aut nō. si sic: ꝓpō falsa ē: qr eēntia nō disti guit̄ real̄r a filio. si nō igr̄ hec est vera pater ē essentia filij vel de es sentia patris: qd̄ non cōceditur.

¶ Oppositū. 15. de trini. c. 19. Au gu. tractās illud ad Collo. trāstu lit nos in regnum filij charitatis sue: qd̄ dictū est ait filij charitatis sue nihil aliud est q̄ filij substan tie sue. ḡ est de substantia patris. Ca. 1.

¶ Preterea ad h̄ ē auc̄tas Aug. ꝯ Maximinū: ⁊ ponit̄ in lr̄a. nul lo mō verꝝ filium dei cogitatis: si hūc de substātia p̄ris eē negatis.

¶ Itez filius i creaturis nō ē nisi gignat̄ de substātia p̄ris: ideo in inanimatis nō ē p̄r̄nitas nec filia tio: qr gñatū ē de mā aliena sicut ignis generat ignez de mā aeris. ḡ nō ē v̄a filiatio nisi vbi v̄a sub stātia p̄ris vel aliq̄d de sub̄a p̄ris ē materia respectu filij sz filius ī diuinis ē vere filius p̄ris. ḡ de sub stātia patris ē tanq̄ de materia.

In ista qōne d̄r ꝙ sicut in substātia crea Hēr. in sū. art.

54. q. 3. et in q̄li. 8. q. 9. vide eu3 quoli. 6. q. 1. et. vv. hic et ockā.

ta gñabili aliq̄d est potētiale qđ supponit gñationi: vt materia: et aliq̄d inductū ꝑ gñationē: vt forma: ⁊ ex eis ē ꝓductū qđ ē genitu3: ita corrñdēt ꝓportionalr q̄si tria i diuinis cōsilia. ꝑsona q̄ppe est q̄si cōpositū: ⁊ relo q̄si forma ⁊ eēntia q̄si materia. ē igr̄ filiꝰ genitus de sub̄a pr̄is. sicut quasi de mā. Istud ꝓbat̄ ꝑ rōnem Aug. ꝯ Maximinū q̄ ponit̄ in lr̄a. filiꝰ ei nullo mō ē de nihilo: neq̄ negatiue: vt aliq̄s dr̄ loq̄ de nihilo: qñ nō loquit̄: neq̄ affirmando li de nihilo: vt li: de. sit nota materialitatis vel q̄si materialitatis: qꝛ nihil nō p̄t eē materia alicuiꝰ neq̄ affirmādo li. de originalr siue ordinalr. i. pꝰ nihil; q̄s tres modos itelligēdi aliq̄d eē de nihilo pōit Ansel. monologiō. c. 8. si nlo mō filiꝰ ē de nihilo. ꝯ de aliquo. ꝯ cū nō de alio q̄ de substātia patris. ptz ꝙ est de substantia patris.

¶ Et si rñdeat̄ (sicut vr̄ magr̄ rñdere in lr̄a) ꝙ est de substātia patris. i. de patre: qui est substātia.

¶ Arguit̄ ꝙ ista expositio nō sit sufficiēs: qꝛ tm̄ exponit: de. vt notet rōnē p̄ncipij originātis vel efficientis: ⁊ posito ꝙ hoc mō sit de pr̄e: adhuc restat qō. vtrū de aliq̄ vel de nihilo. sicut de materia vel de q̄si mā: ⁊ cū nō sit de nihilo sic qꝛ hoc mō creatura est de nihilo ergo de aliquo: ⁊ stat argumētū.

¶ Ad hoc etiā adducit̄ auctoritas Aug. 7. de tri. c. 3. ⁊. 4. ꝙ filiꝰ est sapientia genita vel nata.

¶ Si arguit̄ ꝯ istā pōnē ꝙ actus purꝰ nō p̄t eē q̄si mā respcū gñatiōis: qꝛ nullo mō ē in potentia.

¶ Preterea ꝑ rōnez magr̄i cū sit vna essentia triū ꝑsonaꝝ generaretur filius de essentia trium.

¶ Rñdent ad primū distinguendo ꝙ aliq̄d est in potētia ad aliq̄d duobus modis: vno mō ad aliq̄d qđ ē absolutū ⁊ differt ab ipso re vel intētiōe ⁊ vadit de potētia ad actū per motū ⁊ ꝑ transmutationē rei vel ratiōis. Alio modo aliq̄d ē in potētia ad aliq̄d qđ est rōnis tm̄ ⁊ differt ab ipso sola rōne nunq̄ vadēs ꝑ transmutationez quācūq̄ de potentia ad actū sed semꝑ naturalr est ꝯiunctum actui. Primo mō in creaturis materia est in potētia ad formā tāq̄ ad differēs re ab ip̄o ⁊ trāsiens de potētia in actū ꝑ realē trāsmutationē. ⁊ silr forma gñis est in potētia ad formā dr̄ie tanq̄ ad aliq̄d differēs rōne vl intētiōe ab ip̄o ⁊ trāsiēs de potētia ad actū ꝑ trāsmutatiōez rōnis. nullo tali mō diuina eēntia ē in potētia ad aliq̄d ⁊ de ista potētia hz v̄itatē mediū i argumēto: qꝛ illa r̄pugnat actui puro. nō sic ē de potētia scđo mō qꝛ. de natura forme diuine inq̄tū est actꝰ purꝰ ē ēt ꝙ sit scđo mō in potētia ad plures respectꝰ. Breuiter igr̄ ꝓductio diuina summe differt a ꝓductiōe naturali qꝛ in ista itur ꝑ trāsmutationē ad ꝑfectionē. ⁊ ibi distat potētia ab actu in ista āt neq̄q̄. Differt ēt ista spāliter a ꝓductiōe naturali q̄ ē gñatio: qꝛ illa ē de imꝑfecto substātialit. ista v̄o ē de ꝑfecta substātia: i quo plus ꝯuenit cū ꝓductōe que est alteratio qꝛ in illa subiectū qđ est in potētia s̄m q̄d est aliq̄d existens in actu: sed differt in hoc qꝛ subiectū i alteratiōe ē in potētia ad aliq̄d reale absolutū realr differēs ab ip̄o. in ꝓductione aūt diuina nequaq̄. ⁊ in hoc diuina ꝓductio ꝯuenit plus cum productiōe speciei ex genere: sed differt: qꝛ in hac productiōe genꝰ ē sicut

subiectũ ⁊ materia: ⁊ ē ĩ potētia ad aliq̄d absolutũ. vt ad differē tiã: q̄ tñ sola intentiõe differt ab ipso. hic aũt subiectũ est in potē tia ad aliq̄d respectiuũ: qđ differt ab ip̄o sola rõne. Et ita licet ista ꝓductio speciei ex gñe sit magis sĩlis diuine q̄ꝫ alia: ĩ multis tñ differt: qꝛ ꝓudctio spēi ex gñe ꝓcedit ab esse incõpleto ad esse ꝯpletũ: assumēdo cõplemēti determinationē ꝑ differentiã: vt ꝟꝫ aliđ ⁊ aliđ reale descēdat in aliã ⁊ aliã speciē: ⁊ erit tantũ genus vnũ cõe ꝟm rõnē. in productione autem diuina subiectum nõ est aliq̄d incõpletũ determinatũ per assumptã ꝓprietatē: ꝫ vnũ ⁊ idē re singulare totalr̄ hꝫ eē ꝑ ꝓductionē ĩ diuersis ꝓpetatibꝰ relatiuisqđ ē cõe nõ ꝟꝫ rõnē: ꝫ ꝟꝫ cõicatiõeꝫ. ¶ Ad scđꝫ đr̄ ꝙ nõ ē de sb̄a inq̄ꝫtũ est triũ: ꝫ vt est patris substãtia. ¶ Huic opi. addit̄ ab alijs: ꝙ essentia diuina đr̄ gñari subiectiue qđ em̄ subijcit̄ gñatio ni p̄t dici subiectiue gñari ꝑ ph̄m 5. physicoꝝ. vbi arguit ꝙ gñatio nõ ē motꝰ. ꝑ hoc argumētũ qđ mouet̄ est: qđ gñat̄ nõ ē. ergo qđ gñat̄ non mouet̄. accipit aũt qđ mouet̄ ꝓ subiecto motꝰ: non pro termino. si em̄ acciperet quod generat̄: pro termino generationis non ꝓ subiecto: argumentũ non valeret: qꝛ dũ motꝰ est. terminus motꝰ nõ est. ergo opꝫ ꝙ accipiat ibi ꝙ gñatur pro eo quod subijcitur gñationi. Idē ꝓbatur ꝑ Cõimētatorē ibidē cõmento. 8. ⁊. 9. ¶ Pro ista opinione adducunt̄ rõnes tales: illđ vere đr̄ gñari sb̄iectiue siue eē subiectũ gñatiõis: quod manet idē sub vtroq̄ termino generationis: essentia aũt diuina manet eadem in patre et filio. ergo ipsa erit vere subiectũ ipsius. ¶ Cõfirmat̄ rõ. qꝛ in eodē est terminꝰ ⁊ trãsmutatio: sicut dispositio ⁊ forma ad quã disponit. ergo cũ in eēntia sit rel'o: q̄ est quasi terminus gñationis: in ipsa etiã erit ipsa generatio. ¶ Preterea omnipotētie actiue corrñdet aliqua potētia passiua ergo fecunditati p̄ris quasi actie correspõdet aliqua potentia q̄si passiue: de q̄ potest producere. ¶ Ultimo arguit̄ sic. si ignis gñaret ignem de substantia sua: adhuc substãtia ignis gñantis ita eēt ĩ potētia ad formã ignis generãdi: sicut mõ ē materia aliena de q̄ gñat̄. sic igr̄ ĩ ꝓposito: essentia patris: de qua p̄r generat erit quasi materia respectu gñatõis.

Quere in sũ. vsq̄ꝫ ibi. Ad secũdũ.

Goff. q̄li. 9. t. c. 8.

s. ce. ꝫ pla. ⁊ 3. di. aia.

Cõtra istã opi. arguo prio sic eēntia ē formal' t̄minꝰ ꝓductõis. igit̄ nõ q̄si materia. ꝓbatio añtis. Jo. 10. P̄r qđ dedit mihi maiꝰ est oĩbus. maius aũt oĩbꝰ non est nisi aliq̄d infinitũ. hoc nõ ē nisi essentia. ḡ illã dedit. ¶ hoc ēt vult Augu. 15. de tri. c. 26. Sicut filio inq̄t p̄stat essentiã, sine initio tēporis: sine vlla mutabilitate nature de p̄re generatio: ita spũisctõ prestat eēntiã sine vllo initio tp̄is: sine vlla mutabilitate nature de vtroq̄ ꝓcessio. nõ ãt cõcedit̄ formã aliquã dari ꝓducto siue cõicari vel p̄stari ꝑ generationē: nisi illa forma cõitata sit formal' terminus talis ꝓductionis. Probatur etiã illud añcedēs ꝑ rõnem. ¶ Primo. qꝛ nulla entitas formaliter ĩfinita simpl'r ꝑfectior termino formali ꝓductiõis hr̄ ꝑ ꝓductionē: eēntia ē formaliter ĩfinita. rel'o aũt non. ergo si rel'o esset formalis terminꝰ ꝓductiõis:

ꝑsona

persona nõ hr̃et essentiã p productionẽ. ¶ Scdo. qr i creaturis natura ẽ terminꝰ formalis gñatõis nõ aũt ꝓprietas indiuidualis vel hypostatica: sicut pz. 2. physico.
t.c. 14 vbi dr̃ q gñatio ẽ nãlis: qr est via in naturã. s. in formã. natura igr̃ siue eẽntia est p se terminꝰ gñationis: ⁊ nõ nisi terminus formalis. ¶ Tertio. qr alꝫ ista gñatio ñ eẽt vniuoca: qr rõ formal' termini eiꝰ nõ eẽt rõ ꝯueniẽtie gñantis cũ genito. ꝯñs ẽ icõueniẽs sicut tãget̃ di. 7. ¶ Silr̃ alꝫ nõ eẽt ista ꝓductio gñatio: sz magꝫ eẽt mutatio ad relonẽ: qr ꝓductio ponit̃ i genere vel i spẽ ex suo termino formali. sicut pz ex. 5. phy. sicut alte
t.c. 4. ⁊ inde. ratio ponit̃ i gñe q̃litatis: qr ibi ẽ forma accñtalis q̃ ẽ formalis: terminus alterationis: ꝑ si formalis terminꝰ huiꝰ ꝓductiõis eẽt relo: ista ꝓductio poneret̃ in gñe relatiõis: ⁊ ñ eẽt gñatio. Probo ꝯñaz ꝑmi enthimematis. ꝑmo qr illud qd̃ ẽ materia i gñatiõe. ẽ i potentia ad terminũ formalez: ⁊ qd̃ est q̃si mã est q̃si potẽtia. eẽntia nec ꝟe: nec q̃si ẽ in potẽtia ad seipsaz ꝑ ⁊c. Silr̃ ꝓbat̃ eadẽ ꝯña: qr vna ꝑsona tm̃ vno mõ hñdi hz eẽntiã saltẽ istis duobꝰ modis nõ hz eã. s. vt terminũ formalẽ ꝓductiõis: ⁊ cũ hoc vt q̃si materiã ⁊ subiectũ gñatiõis. ꝓbõ istiꝰ. qr si hr̃et eaz ex vi ꝓductõis: vt terminũ formalẽ: hr̃et eã circũscripto oi alio mõ ꝑ nõ hz eã vt q̃si mãm subiectam gñatiõi: nõ em̃ hz deitatẽ aliquo mõ q̃ circũscripto hr̃et eã ꝑfecte: ⁊ eẽt verꝰ deꝰ. vr̃ ẽt seq̃ q hr̃et bis eẽntiã: ⁊ p ꝯñs q sit bis deus: qr hr̃e eẽntiã ẽ eẽ deũ: ⁊ q hẽat priꝰ eã naturalr̃: q̃ hẽat eam si rõ q̃si materie p̃cedit aliquo mõ rõnem formalem termini generationis.

¶ Itẽ scdo. eẽntie: vt de ea gñat̃ filiꝰ necesse ẽ assignare aliqd̃ esse qr pricipiare aliqd̃ verꝝ ens i quocũq; gñe ꝑncipij nõ ꝯuenit alicui nisi realr̃ enti. q̃ro qd̃ eẽ cõuenit eẽntie: vt ipsa ẽ de q̃ p impssionẽ gñat̃ filiꝰ: aut p̃cise eẽ ad se eẽ. s. qd̃ ẽ eẽntie vt eẽntia: ⁊ tũc filiꝰ est de eẽntia vt essentia: ⁊ hoc mõ est triũ ꝑsonaꝝ: aut vt ꝯuenit sibi eẽ i aliq̃ subsistẽtia: ⁊ tũc q̃ro i q̃: aut i igenita: ⁊ sic cũ i itellu eiꝰ qd̃ ẽ eẽ d̃ q̃ aliqd̃ ꝓducit̃: icludat̃ hoc qd̃ ẽ eẽ illud i q̃ forma inducit̃: ⁊ in intellu eiꝰ qd̃ ẽ esse i q̃ includat̃ hr̃e illud: qd̃ ẽ in eo: ⁊ p ꝯñs eẽ formaliter p ipm: ꝑ si eẽntia vt ẽ in pr̃e sit de q̃ filiꝰ gñat̃: ⁊ p impssionẽ ꝟz eos. sequit̃ q ipa vt i pr̃e erit illd̃ in q̃ notitia genita impmit̃: ⁊ ita eẽntia vt i pr̃e erit formalr̃ ꝟbuz siue noscẽs notitia genita. qd̃ est icõueniẽs. Si aũt eẽntia vt i alia subsistẽtia a pr̃e ẽ de q̃ gñat̃ filiꝰ. ⁊ inq̃tũ ẽ de q̃. p̃cedit aliq̃ mõ terminũ gñatiõis: ꝑ añ terminũ gñatiõis sunt due subsistẽtie: qd̃ ẽ incõueniẽs. ¶ Si aũt dicas vt ẽ de q̃ gñat̃ filiꝰ nullã hz exñtiã i ꝑsona sicut ⁊ mã inq̃tũ ẽ de q̃ gñat̃ genitũ: nõ hz esse in aliq̃: sz tm̃ hz eẽ in potẽtia i supposito gñando Hoc nihil ẽ: qr (vt dcm̃ est) principiãti realr̃ aliqd̃ ens i q̃cũq; gñe ꝑncipij opz tribuere aliqd̃ reale eẽ: ⁊ iõ materie vt ꝑncipiat ꝯpositũ lz sibi nõ ꝯpetat eẽ ꝯpositi: qd̃ est eius ꝑticipatiue tñ cõuenit sibi eẽ suũ ꝓpriũ: qd̃ esse ẽ ꝑius naturalr̃: q̃ sit pars ꝯpositi: ita igr̃ hic opz eẽntie inq̃tũ ẽ de q̃ gñat̃ filiꝰ dare esse vel in supposito vel esse essentie ꝟm se: ⁊ sic stat argumentũ. ¶ Si dicat̃ alr̃ q inq̃tũ ẽ pr̃is: ẽ illud de q̃ gñatur filius: et tñ p gñationez inq̃tum q̃si actu

informat̃ notitia genita est actu alteri⁹ suppositi: hoc improbatũ est in argumẽto: qꝛ in intellu ei⁹: qd̃ est eẽ de quo ꝑ impressionẽ includit̃ esse in quo: ⁊ ita eẽ formaliter tale ſm impſſuꝫ illud. ¶ Similiter tũc cõicatio eẽntie alteri supposito p̃cederet ſꝫ intellectũ ꝓductionẽ: ita ꝙ cõicatio non fieret ꝑ ꝓductionẽ ſꝫ fieret q̃si ante terminũ ꝓductiõis: sicut illud qd̃ est quasi materia gñationis: p̃intelligit̃ aliquo mõ ipsi termino. Sil'r lꝫ aliq̃d qd̃ non est de se alicui⁹ suppositi in actu ꝑ gñatiõeꝫ fiat actu alicuius suppositi: sicut materia q̃ nõ est alicui⁹ suppositi sit ꝑ gñationẽ aliq̃d suppositi: tñ ꝙ illud qd̃ ẽ vnius suppositi fiat alteri⁹ suppositi p̃cise: ꝑ hoc qd̃ ẽ materia vr̃ ipossibile absq̃ actione q̃ fit ad ip̃ꝫ. ¶ Preterea tertio qñ ad ꝓductionẽ effectus cõcurrunt actiuũ ⁊ passiuũ prior est natural'r respect⁹ actiui ad passiuuꝫ q̃ꝫ vtriusq̃ ad ꝓductũ. probatio hui⁹ qꝛ opꝫ causas diuersas eiusdeꝫ prius natural'r approximari adinuicẽ: q̃ꝫ ꝓducãt effectum: et pꝫ ꝑ exẽplũ de igne calefactiuo ⁊ ligno calefactibili ⁊ calore genito. ¶ Item isti respect⁹ actui ad passiuũ ⁊ eiusdẽ ad ꝓductuꝫ nõ oĩno ex equo ꝯueniũt actiuo: nec ille respectus ad ꝓductũ ẽ prior: ergo ẽ posterior. añcedens huius entimematis q̃ꝫtũ ad vtrãq̃ ꝑteꝫ simul. ꝓbat̃ qꝛ actiuũ agit in passiuuꝫ se solo in rõne cause: nec ꝓducit ꝓductũ nisi alio ꝯcurrente in rõne ꝯcausantis. ¶ Et si oĩno neges p̃oritatẽ respect⁹ ad respectuꝫ. nõ potes negare q̃n necessario ĩ respectus actiui ad passiuuꝫ, nõ posterior respectu vtriusq̃ ad ꝓductũ. Igit̃ si in p̃re est fecũditas actiua ⁊ aliq̃d quasi materia cõcurrẽs ad ꝓductuꝫ: prior est respectus p̃ris vt ꝓductiui ad illud quasi materiã q̃ꝫ sit vtriusq̃ eoꝝ ad filiũ: aut saltꝫ erit necessario cõcomitãs. Et ex hoc vltra cum res nõ preexigat natural'r nec necessario simul req̃rat illud: qd̃ est p̃cise ens rõnis: sequit̃ ꝙ ista relatio q̃ natural'r p̃exigitur q̃si actiui ad passiuũ sit realis: ⁊ ita i p̃re erit relatio realis prior relatione eius ad filiũ vel saltẽ alia ab illa qd̃ vr̃ incõueniẽs. ¶ Iteꝫ quarto ad p̃ncipale: potẽtia p̃ria causatiua effectiua se sola effectiue causat excludẽdo oẽm aliã causam eiusdẽ gñis ⁊ alteri⁹ gñis in rõne cause materialis: ⁊ rõ ẽ qꝛ causalitas cause materialis nõ dicit ꝑfectionẽ simpl'r: et iõ lꝫ reductio fiat ad aliqd̃ primum in illo gñe: illud tñ non est simpl'r primũ: sed totũ illud gen⁹ reducit̃ ad aliqd̃ primũ in alio gñe: qd̃ nõ includit imꝑfectionẽ: puta ad aliq̃d i gñe efficiẽtis. pꝫ etiã hoc añs ꝑ hoc ꝙ potẽtia creatiua ꝑ se sine alio p̃ncipio materiali ꝓducit ꝓductũ: ex hoc infert̃ a sili. ꝙ ꝓductiua potẽtia p̃ria seipsa sola ꝓducit ⁊ sine alio p̃ncipio ꝓductiuo ꝯcurrente et ita sine alio q̃si materia: sil'is em̃ rõ vr̃ de principio productiuo ⁊ creatiuo qꝛ si poneret̃ aliqd̃ p̃ncipiũ q̃si materiale nõ esset inq̃ꝫtũ tale ẽ summe ꝑfectiõis: et ita videret̃ reducẽdũ in rõne p̃ncipij: ad p̃ncipiũ ꝓductiuũ actiue. ¶ Si arguat̃ ꝙ oĩs cãlitaa scd̃e cause reducit̃ ad cõsil'em causalitatẽ in p̃ria cã sicut efficiẽs ad deũ: vt ad primũ efficiẽs: ⁊ finis etiã ad deũ vt ad vltimũ finez: ⁊ forma ad exẽplar siue ideam in deo: ꝗ ita erit de cã materiali.

Sic in ãtiquo origiali.

¶ Rñdeo q̄ nō est simile: qꝛ materia includit imperfectionē. qꝛ semp̄ est ei ānexa priuatio. ꝛ iō p̄ se a nullo ponebat̄ p̄ncipiū. vñ Theologia q̄ est de deo siue naturalis siue sup̄naturalis nō determinat de cā materiali s̄m cōmentatorē primo phy. cō. p̄mo.

¶ Itē. 5. s̄m Augu. cōtra Maximinū li. 3. c. 15. Spūs sctūs nō est de nihilo. s3 ide est vñ p̄cedit. ita igr̄ cōcedit sp̄m sctm̄ nō eē de nihilo. s3 de sb̄a p̄ris ꝛ filij. sicut cōcedit filiū eē de sb̄a p̄ris l ꝛ sili mō rel'o spūs sancti ē in deitate sicut rel'o filij. s3 eēntia nō se h3 respectu rel'onis spūs scti q̄si mā receptiua ei⁹. vt vr̄ s̄m istā opi. qꝛ ponit. v̄bū gñari p̄ ipressionē i illud de q̄ gignit̄. sp̄m sctm̄ aūt q̄si p̄ expressionē vel ex sufflatiōe sui de volūtate formata de q̄ p̄ducit̄. q̄ em̄ producit̄ p̄ expulsionē de aliquo nō h3 illd̄ de quo. p̄ mā in p̄ductiōe sui qꝛ oīs mā cuiuscunq̄ p̄ductiōis ꝛ p̄ducti ē in q̄ recipit̄ forma p̄ducti qd̄ nō ē in expulsione d̄ illo. igr̄ spūs sctūs nō ē de nihilo: nec tñ de aliquo sicut de q̄si materia sue p̄ductiōis. igit̄ p̄pter hoc: qd̄ est filiū nō eē de nihilo. vel rel'onē ei⁹ fundari in eēntia: nō op3 essentiā: vt est de qua filius generat̄: esse quasi materia3 respectu generatiōis filij.

Hē. q. lib. 6. q. 1.

D

¶ Item ad idē: filiū esse de sb̄a p̄ris necessario req̄rit̄ ad hāc generationē: q̄tū ad existentiā realem gñationis: sed ad istā existētiam nō necessario requirit̄ substantiā p̄ris eē quasi materiā. ergo ꝛc. p3 maior p̄ Aug. ꝯtra Maximinū. nullo mō verū dei filiu3 cogitatis si hūc eē de substātia p̄ris negatis. p̄bat̄ minor. nullū ens precise rōnis necessario req̄ritur ad hanc gñationē. vt existentē. substantiā patris esse q̄si materiā p̄cise dicit ens rōnis circa substātiā. alioquin circūscripta negociatione intellect⁹. erit ex se quasi materia. ergo vl' materia real'r vel similitudo realis ad materiā. ¶ Itē nihil ꝯuenit illi eēntie in quo materia distinguit̄ a forma. s3 qd̄l3 ꝯueniens sibi vel est p̄priū forme vel cōmune forme ꝛ materie. ergo i nullo erit ita q̄si mā: sicut q̄si forma. añcedens p3. qꝛ eē idē in gñante et genito nō est p̄priū materie. imo aīa est eadē in corde generante ꝛ parte genita. materia nū q̄ ē eadē in causatis: qꝛ sufficiēter actuat̄ p̄ vnicā formā i p̄pagāte mat'ia gēiti fuit aliq̄d. s3 ñ fuit mat'ia sb̄ forma p̄pagātis ñ em̄ qꝛ eadē est materia gñati et corrupti. ideo est eadē generāt3 et gēiti. ¶ Itē icōpossibilia simplicit̄ ñ p̄t eē act⁹ simpl'r eiusdē bñ tñ p̄t eē idē actus incōpossibiliū sicut aīa p̄tiū organicarū. hoc ē ꝯ relationē3 accidētē eēntia. ¶ Item compositū p̄ hoc cōstituit̄: q̄ potētiale actuat̄ actu ꝯpositi: ꝛ determinat̄ igr̄ eēntia referet̄ ꝛ determiabit̄. ¶ Cōfirmat̄: qꝛ sicut q̄litas nō ē act⁹ alicui⁹ nisi s̄m q̄ actuatū ē quale: ita relatio nulli⁹ ē act⁹: nisi s̄m q̄ aliq̄d ip̄a refert̄ eēntia ñ refertur. ¶ Itē illa rō q̄ ē i tertia dubitatiōe i fine. q̄ suppositñ diceret̄ relatū secundū illud fundamētū: sicut s̄m deitatē p̄r est similis filio. tamē hec relatio nō ē actus fundamēti. vt est formal'r distincte secundum te.

Iō tenēdo cū doctoribus ātiq̄s q̄ om̄es a tp̄e Augustini vsq̄ ad

istū nō sunt ausi in diuinis nomi
nare materiā: nec quasi materiā:
cū tamē oīmes cōcordīter dicant
cū Augustino. q̄ filius gn̄atur de
substātia patris. ℙ Dico p̄mo q̄
filius nō gn̄atur de essentia patris
sicut ō materia vel quasi materia
ℙ Scōo q̄ sine glosa vereꝛ .ppꝛie
filius est de substantia patris.

¶ ℙrimū declarari potest sic. Ge
neratio in creaturis duo dicit. p
ductionē ꝛ mutationē. ꝛ istoꝝ rō
nes formales alie sunt. ꝛ sine ꝓtra
dictiōe separabiles ab inuicē .p
ductio aūt formaliꝛ est ipsius .pdu
t.c.26. cti. qō est cōpositū. 7. metaphysi
vt.3.q. ce. ꝛ accidit sibi q̄ fiat mutatione
p: ece- alicuius partis ꝓpositi. mutatio for
denti. maliꝛ est actus mutabilis. qō ād̄e ō
puatiōe trāsit ad formā. ꝓcomita
tur aūt mutatio .pductionē in crea
turis pp̄ imperfectionē potētie p:o
ductiue: q̄ nō pōt dare esse totale
termino .pductionis ſz aliq̄d eiꝰ
ꝑsuppositū trāsmutat ad aliāptē
ipsiꝰ: ꝛ sic .pducit ꝓpositū. si em̄ ge
nerās creatū eēt pfectū agēs nō
erigeret materiā de q̄: vel in quā
ageret: ſz posset .pducere effectū
p se: ꝛ ex se tunc esset .pductio sine
mutatiōe. igit̄ sine ꝓtradictiōe
possunt separari. realiꝛ separan
tur: cōparādo ad potētiā .pducti
uā pfectā. hoc apparet ēt in crea
tiōe: vbi pp̄ pfectionē potētie .p
ductue ponit̄ ꝑmo totū in esse:
vere est rō .pductiōis: inquātū p
eā terminus .pductus accipit esse
ſz nō est ibi rō mutatiōis: inquātū
mutatio dicit aliq̄d substractum
t.c.32. aliꝛ nūc se hr̄e ēs p:ius ex.6.phy si
.t.73. cor. in creatiōe aūt non est aliq̄d
substractū. ¶ Ad .ppositū: cū in
diuinis nihil imperfectiōis sit po
nendū: ſz totū pfectionis: ꝛ muta
tio (de rōne sui) dicat imperfectio
nē: q: potētialitatē. ꝛ hoc in muta
bili: ꝛ cōcomitāter ēt dicit imꝑfec
tionē potētie actiue in mutāte:
q: talis necessario requirit causaz
cōcausantē ad hoc vt .pducat. cū
igitur nō sit ibi aliqua imꝑfectio
nec qualis est potētie passiue. nec
ēt aliq̄ iperfectio potētie actiue.
ſz summa pfectio. nullo modo po
netur ibi generatio sub ratione
mutationis. nec quasi mutatio=
nis. sed tantum generatio. vt est
p:oductio. inquātum. ſ. aliquid p
eā capit esse: ponetur in diuinis ꝛ
ideo gn̄atiōi vt est in diuinis non
assignabitur materia nec ād̄si ma
teria sed tm̄ terminus ꝛ hoc vel to
talis siue ꝑmus. i. adequatus qui
ꝑmo .pducit in esse vel terminus
formalis secundum quem termi
nus ꝑmus formaliter accipit esse

¶ Scōdo dico q̄ negata omni ma
terialitate ꝛ quasi materialitate
vere tm̄ filius est de substātia pa
tris sicut dicūt auctoritates addu
cte in ſra. vel ꝑ li de nō tm̄ nota
tur efficientia vel oꝛigo. Si enim
tātū efficientia tūc creature essent
de substātia dei nec notar̄ ꝑ illud
de: tm̄ cōsubstātialitas q: tūc pa
ter esset de substātia filij. sed no
tatur simul oꝛiginatio ꝛ cōsubstā
tialitas vt. ſ. in casuali huius pre
positiōis de: denotet̄ cōsubstātia
litas sic q̄ filius hz cāde substātiā
ꝛ quasi formā cū patre de quo est
oꝛiginaliter. ꝛ ꝑ illū quod ꝓstruit
in genitiuo cū isto casuali notet̄
ꝑncipiū oꝛiginās ita q̄ totalis in
tellectus huius sermonis filius est
de substātia patris: est iste: filius
est oꝛiginatus a patre vel cōsubstā
tialis ei. Et isto mō exponit magi
ster auctoritates in littera adu
ctas non precise. sed per consub=
stantialitatem nec per oꝛiginem

precise. sed per vtrumq; sicut cõmuniter apparet de patris substãtia: hoc est de patre qui est eadez substãtia. per primũ originatio. ꝑ secũdũ consubstantialitas habetur. ¶ Et ꝙ ista sit intẽtio Au. in auctoritatib⁹ ei⁹ cõtra. Maximinũ q̃ ponuntur in littera apparet ex fine auctoritatũ. nã in vna auctoritate ponit Aug. Si aliã non inuenis patris agnosce substãtiã ⁊ filiũ cũ patre omousion cõsitere hoc igitur intelligit per filiũ esse de substantia patris filiũ sic esse de substãtia patris vt sit omousiõ cum patre. Item in alia auctoritate dicit. Si, vero de patris substantia: tunc est eadem substantia patris ⁊ filij.

i. vnius eẽntie.

¶ Ad intellectũ ergo hui⁹ affirmatiue qua dr: filis est de substantia pris: sm intellectũ p̃dictuz dico ꝙ intellect⁹ iste vere saluat: ꝙ filis nõ sit de nihilo. vere ẽt saluat ꝙ filius est de substantia patris: sicut requiritur ad filiationem.

¶ Primũ declaro: qr creatura genita nõ est de nihilo: qr aliq̃d ei⁹ preexistit vt mã. igit cũ forma sit aliq̃d cõpositi ⁊ aliq̃d eius ꝑfecti⁹ q̃ sit materia si forma alicuius preexisteret: ⁊ materia de nouo adueniret: ⁊ informaret illa forma p̃existẽte: ipsum ꝓductum nõ esset de nihilo: qr aliq̃d eius preexistisset immo aliq̃d eius ꝑfectius q̃ materia que preexistit cõmuniter igitur si filius nõ diceret esse de nihilo: quia essentia eius secundum ordinẽ origis p̃fuit in pre: ⁊ hoc si illa essentia esset quasi materia generationis filij: multo magis nec filius esset de nihilo. si illa essentia prius origine existens in patre sit quasi forma communicata filio.

No. q̃tũ plures aduersarioꝝ decipiantur nõ ꝑcipiẽtes scoticã disciplinam.

¶ Scdm declaro. s. ꝙ istd de. sufficiat ad rõnẽ filiatiõis: qr in aliatis vbi est paternitas ⁊ filiatio: videam⁹ q̃s sit ille actus ꝑ quẽ generãs dr formalr pr. ille vtiq; ẽ act⁹ decidẽdi semẽ. ⁊ si eẽt ꝑfectũ agẽs ita ꝙ tũc: qñ decidit semẽ: possit imediate decidere prolẽ vere esset pr ⁊ multo ꝑfecti⁹ q̃ mõ sit: vbi requirunt tot mutatiões intermedie: sz nũc in isto actu decidẽdi semẽ: illud qd erat substãtia ei⁹ vel aliquo mõ aliq̃d eius: nõ est materia: sed est quasi termin⁹ formalis ꝓduct⁹ siue cõicatus ꝑ istum actum: sicut esset ples: si imediate decideret a pre. igr ꝙ aliquid substãtie generãtis sit terminus actõis sue: qua est pr: hoc vere saluat ꝓductũ simile in natura esse de substãtia ei⁹: sic ꝙ ip̃z. de. vere sufficit ad rõnẽ patris ⁊ filij. ⁊ ꝙ illud decisum. vt terminus. sit mã sequẽtiũ trãsmutationũ. hoc accidit ip̃i. de. vt ꝯuenit pri. ⁊ filio. igr pr eternus nõ decidẽdo aliq̃d sui sz totã essentiã suã cõicãdo. ⁊ hoc vt formalẽ terminũ illi⁹ ꝓductionis verissime ꝓducat filiũ de se. eo modo quo esse. de. ꝑtinet ad prez ⁊ filiũ ⁊ lz esset ibi essentia de qua sicut de quasi materia. illd. de. nõ faceret ad rõnẽ pris. sicut nec in creaturis. si generãs haberet suũ semẽ pro termino formali ⁊ ꝑ materia sue actiõis. nõ esset pr iquãtũ suũ semẽ eẽt materia subiecta sue gñatiõi vel actiõi. sed inquantum esset terminus illius actiõis quẽadmodũ etiã si pr creatus immediate desideret a se filium vere esset pr. quia illd quod esset de se: vere esset terminus actionis, nullo autem modo materia.

Tertio p̃ncipalr ad solutionẽ difficultas

tis huiꝰ q̄stionis videndū est quo mō relatio ⁊ essentia possunt esse in eadem ꝑsona. quin essentia sit materiale respectu relationis: cum nullo modo relatio sit materiale respectu eiꝰ. Et sunt hic quatuor difficultates.

¶ Prima difficultas qualiter ꝑsona diuina erit vna: nisi hoc sit actus illud vero potentia?

¶ Ad quod dico primo sic. q̄ sicut q̄ditas creata est quo aliquid est ens quiditatiue: ⁊ hoc non est imperfectiōis. cōpetit em̄ quiditati ex rōne q̄ditatis. ¶ Scd̄o ip̄a quiditas puta humanitas: q̄ est imperfecte actualitatis: iō diuisibilis est ꝑ illud. quod cōtrahit ipsam ad indiuiduū: puta ꝑ proprietatē indiuidualē: quecunq̄ sit dicat̄. a. ⁊ recipit ab. a. aliquā actualitatē sicut ⁊ vnitatem siue indiuisibilitatem: quam habet in indiuiduo: ⁊ non hz ex se: ita q̄ illud cōtrahens vt. a. non tm̄ est formaliter in sor. quo sor. formaliter est sor. sz ē aliquo mō formale respectu nature: ⁊ natura ē aliquo mō potentiale respectu eius vnde natura cōtrahitur ⁊ determinat̄ ꝑ ipsum. a. ¶ Tertio hūanitas in sor. est aliq̄s actus: ⁊ p̄cise accipiēdo humanitatē. ⁊. a. distinguēdo cōtra se: humanitas est ꝑfectio: actꝰ q̄ sit ipsum. a. lz. a. sit magis proprius actus ⁊ aliquo modo actus nature inquātū determinat naturā. Applicando hec tria ad diuina: reliquatur illd̄ quod est imꝑfectionis. ¶ Quo ad primū: deitas de se est: q̄ deus est deꝰ: ⁊ qua subsistens siue persona: cuius ꝓprium est. a. est formaliter deus: q̄ esse quo. hoc modo. nō est imperfectiōis in creatura sed cōpetit quiditati vn̄ q̄ditas est. ¶ Quo ad scd̄m est dissimile q̄ deitas ipsa ꝑ proprietatē ꝑsonalē nō determinatur nec cōtrahit̄ nec aliquo modo actuatur q̄ hoc erat imꝑfectiōis ⁊ potētialitatis in natura creata: similiter deitas de se est hec ⁊ ita sicut hz vltimā vnitatē de se ita ⁊ actualitatem. est igit̄ proprietas ꝑsonalis ita propriꝰ actꝰ persone q̄ tn̄ nō est actus ipsius nature diuine aliquo modo perficiens vel informans eā. ¶ Quo ad tertium est aliquo modo simile q̄ relatio ⁊ si sit proprius actus ꝑsone. ⁊ essentia nō sit ꝓpriꝰ actꝰ ꝑsone: sed aliquis cōmunis actus tn̄ essentia est formaliter actus infinitus. relatio aūt nō est actꝰ infinitus ex ratiōe sua formali. ergo relatio licz sit ꝓprius actus ꝑsone nō tn̄ actuat essentiā: cuius cōtrariū est in creaturis vbi. a. qd̄ est in sor. actus actuat aliquo modo naturam que est actus perfectior

¶ Sz quomodo possunt isti duo actus concurrere ad constitutionem vnius si neutrum sit actus alterius? Oportet enim vnum esse in alio: quia si nō igr̄ vtrūq̄ est ꝑ se subsistēs. ⁊ ita nō erūt l eodē ꝑ se subsistēte. Similiter vnitas q̄liter cūq̄ diffinito: um non videt̄ secundum Aristo. esse nisi per rationem actus ⁊ potentie. 8. met. c. 15.

¶ Respōdeo. vnitas cōpositi necessario est ex rōne actus ⁊ potentie sicut assignat Philosophꝰ. 7. ⁊. 8. metaphysice. c. vlti. sed ꝑsona in diuinis nō est cōposita nec quasi cōposita: sz ē simplicit̄ simplex ⁊ ita vere simplex sic ē eēntia ipsa secundum se cōsiderata nullam habens cōpositionē nec quasi compositionez in se. ⁊ tamē formalis ratio essentie diuine nō est formalis rō relationis, nec econue-

t. c. 54. 2 inde. t. cō. 25

sicut dictū est supra distin. 2. q. p̄ma de trini. in solutione questionis. ¶ Qualiter aūt stat q̄ ratio relatiōis in re nō sit formaliter eadem rationi essentie: ⁊ tamē in eodem cōcurrentes non cōstituunt compositum vel compositionem hoc est q̄ ista rō est eadem perfecte illi. ꝓpter eñ infinitatē vnius rationis q̄cquid potest esse cum ea est idez perfecte sibi. perfectio eñ identitatis excludit oēm compositionem ⁊ quasi cōpositionem que identitas est ꝓpter infinitatem ⁊ tamen infinitas nō tollit formaliter rationes quin hec formaliter nō sit illa. Non est igitur ex istis quasi compositum. ⁊ iō nihil est ex eis quasi cōpositum ex actu ⁊ potentia: sed est vnuz simplicissimū ex istis q̄ vna ratio est ꝑfecte immo perfectissime eadem alteri ⁊ tamē nō est formaliter eadē. nō enim sequit̄ sunt perfecte eadez etiam identitate simplicitatis. ergo sunt formaliter eadē sicut tactum est distinctione secūda in q̄stione p̄ealle. ⁊ tāgitur inferiꝰ distinctiōe actaua. q. 4. ⁊ eadem ꝑfecta identitas includit oēm aggregationem quia idem non aggregatur cum seipso.

Et quod addit̄ q̄ vnum oportet esse in alio cōcedo vt relatio est in fundamento suo siue radice sed hoc non est vt actus in potētia. sed vt identice contentum in pelago infinito.

¶ Aliter pōt dici q̄ oēs iste sunt vere. deitas est in patre. paternitas est in patre. p̄r est in deitate siue i natura diuina. paternitas est in deitate: ⁊ tñ nullū inest ibi vt actꝰ in potētia. Nā p̄ma est vera vt natura est i supposito hñte esse q̄ditatiuū ea, q̄ hoc ꝯuenit q̄ditati vñ q̄ditas est sz nō ꝓpter hoc est forma informās suppositū etiā i creaturis. ¶ Scd̄a ē ꝟa vt forma hypostatica est i hypostasi nec informat ip̄am tā eñ q̄ditas q̄ forma hypostatica ēt in creaturis lz sit forma suppositi nō tamē forma informās. sz ibi quasi pars. hic aūt quasi vna rō formalis cōcurrēs cū alia formaliter ad idē simplex. sz hñs in se plures formales rōnes. ¶ Tertia est vera vt suppositū ē i naturā qd̄ pz lz ñ i formās. ¶ Quarta est vera eodē modo in: q̄ qūo totū ē p̄mo in aliquo. eodē mō ꝑs est ꝑ se. sz nō p̄mo in eodē. pz exēplū d̄ eē in loco. igitur si p̄r ē primo in natura vt suppositū nature paternitas ꝑ se erit in eadē natura eodē mō essendi in lz nō p̄mo. Ultra hoc p̄or rñsio dat modū. i. q̄ ē relatiōis in fundamēto q̄ nō reducit̄ ad esse forme in materia nisi vbi fundamētum est limitatum in tantum q̄ non habet perfecte per identitatem in seipsam relationem.

¶ Scd̄a difficultas est qūo relō posset esse distinguēs ꝑsonā ⁊ eēntia nō distinguens quin relatio habeat rationez actus? quia actꝰ est distinguere. 7. metaphy. Dubitatio notabilis. t. c. 49

¶ Rñdeo concedo relationē esse actū ꝑsonalem nō actū quiditatiuum q̄ personal'r distinguit, ⁊ nō quiditatiue. essentia aūt est actus quiditatiuus ⁊ quiditatiue distinguens. actus aūt quiditatiuus est simpl'r perfectꝰ q̄ infinitꝰ. nō sic aūt est actus personalis de se formaliter infinitꝰ. ¶ Et si d̄r q̄ actꝰ distinguens est actꝰ eiꝰ: qd̄ nō distinguit. falsum ē. nisi illd̄ qd̄ ñ distiguit distinguat̄ ꝑ actū distiguētē sicut i creaturis. hūanitas disti-

guit in sor. ⁊ pla. p. a. ⁊ b. ⁊ iō ibi act⁹ distinguēs. ēt indiuidualr est act⁹ ei⁹ qd nō distinguit qr actus ille distiguēs distinguit illā naturā q̄ nō distinguit nō ita hic qr ꝓprietas ꝑsonalis nō distinguit essentiā: nec ꝯhit nec determinat.

¶ Tertia difficultas ē qūo p̄t eē relo nisi reqrat ꝓpriā rōnē fūdamēti: fundamētū eiv̄r eē p̄us relone ⁊ q̄si ꝑfectibile ꝑ eā ñ ecōuerso. relatio em̄ nō v̄r perfici a suo fundamēto: qr tūc p̄supponeret suo fundamēto. ergo cū essentia sit fundamentū istarum relationū videtur eē q̄si materia illarū.

O ¶ Rñdeo q̄ i creaturis ordo generatiōis ⁊ ordo ꝑfectionis sunt
t.c. 15. ꝯrij. sicut ptz. 9. meta. q̄ illa que sunt p̄ora gñatione sūt posteriora ꝑfectione ⁊ rō est: qr creature ꝓcedūt de potētia ad actū. ⁊ iō de imꝑfecto ad ꝑfectū: ⁊ iō prius ꝑuenit via gñationis ad ĩꝑfectū q̄ ad ꝑfectū: sz cūdo ad simplr p̄mū opz q̄ idē sit simplr primū ⁊ origine ⁊ ꝑfectiōe. etiā s̄m ph̄m ibidē. qr tot⁹ ordo originis ⁊ ꝑfectiōis reducit ad aliq̄d primū ꝑfectionis: sicut ad p̄mū originis totalis. In diuinis igit simul dñt intelligi ꝯcurrere ordo gñatiōis ⁊ ordo ꝑfectiōis. sicut igr̄ in creaturis: si concurrerēt isti duo ordines semꝑ vniformiter: nō quereremꝰ primo materiā: que substaret forme. ⁊ scdo formam: sed q̄reremus primo formā: que nata esset dare actum materie ⁊ secūdo quereremꝰ materiā. que nata esset recipere esse per illā formaz vel suppositū qd natū esset subsistere ꝑ illā formā. Ita i diuinis incipiendo a prio signo nature: oīno primo occurrit essentia diuīa: vt est esse per se: ⁊ de se quod nō cōpetit alicui nature create: quia nulla natura creata habet eē pri⁹ naturalr q̄ in supposito. ista aūt eēntia s̄m Aug. 7. de tri. est qua pater est. ⁊ qua fili⁹ est. lz non sit: qua pater est pr̄: ⁊ qua fili⁹ ē fili⁹. Ca. 6.
Isti igit eēntie abstractissime cōsiderate vt priori oib⁹ ꝑsonalib⁹ ꝯuenit esse per se: ⁊ in isto priori occurrit nō vt aliq̄d receptiuum alicui⁹ ꝑfectiōis: sz vt infinita perfectio potēs i scdo signo nature cōicari alicui: nō vt forma informās materiā: sz vt q̄ditas cōicat supposito: tāq̄ formalr exñti per eā. ⁊ ita pullulāt (vt q̄dā dicūt) relatiōes ex ea: ⁊ ꝑsone i ea ⁊ ex ea. nō quasi q̄dā forme dātes eē sibi vel quasi quedā supposita in q̄b⁹ recipiat esse: cū sit simplr ens. sed q̄bus suppositis dat esse: vt quo formalr illa supposita sunt: et q̄ sunt de⁹: ⁊ ita relatio illa pullulās: cū sit ꝑ se subsistēs: ip̄a pullulat nō vt forma eēntie: sz vt nata eē de⁹ ip̄a deitate formalr. lz non vt informāte ip̄az: sz vt exñte eadē sibi ꝑfectissima idētitate. nullo aūt mō ecōuerso relatio est essentie: vt quo formaliter essentia est determinata vel cōtracta vel aliquo mō actuata ꝑ ipsam: quia hec oīa repugnāt infinitati essentie: vt prio occurrit sub rōne act⁹ infiniti. Cōcedo tūc q̄ eēntia est P
fundamentū istarū relationū: sz nō fundamētū quasi potētiale recipiens istas sed fundamētū quasi ꝑ modū forme: in qua iste forme nate sunt subsistere. nō quidē ꝑ informationē sicut similitudo est in albedine sed sicut subsistēs dicit eē in natura sicut sor. dr subsistere in humanitate: qr sor. hūanitate est homo, non em̄ ex rōne fundamēti hēbit rōnē potētie: vl

quasi potētialitatis essentia diui na: sed p̄cise hēbit rōnē forme. vt qua relatio fundata in ea simpli citer est deus. ¶ Exēplū huiꝰ p̄t accipi in creaturis ponēdo ibi q̄da ꝫp impossibile. augmentatio em̄ modo fit ꝑ hoc ꝙ alimentuꝫ adueniēs corpori corrūpit. ⁊ materia eius recipit formā carnis. ⁊ sic informat ab aīa: ponat ꝙ eadem materia manens nata sit recipere aliā partē forme. sicut ponitur in rarefactiōe. tūc materia remanet vna: q̄ prius fuit formata. ⁊ nunc noua forma informat. ipsa tamē formalr est vere mutata: qꝛ de priuatione trāsit ad formaꝫ. ponamus ex alia ꝑte: ꝙ aīa eadē primo ꝑficeret vnā partem corpis: vt cor. postea adueniret alia ꝑs corpis organici ꝑfectibilis ab aīa. ipsa ꝑficeret istā partē aduenientē de nouo: ⁊ tamen nō mutaret: qꝛ nō esset in ea prīo priuatio: ⁊ postmodū forma. priuatio enim est carētia in apto nato recipere. aīa enim prīo nō informās ⁊ postea informās nō est nata aliq̄d recipere: sed dare: ī vtroq̄ igitur istoꝝ exēploꝝ vere esset ꝓductio alicuius ꝓducti. sed in primo mutatio: in scdo nō. ¶ Aptius exemplū videt: si ponamus materiaꝫ cordis aīati posse eādē cōicari diuersis formis. puta manus ⁊ pedis: ⁊ hoc virtute actiua cordis aīati producētis cōposita ista ex materia sua cōmunicata ⁊ ex formis istis. hic vere esset productio totoꝝ habentiū eandē materiam ⁊ esset cū mutatiōe illius materie. Sed si ex alia ꝑte ponamus aīam ꝑꝑ sui illimitationem in rōne actus ⁊ forme posse cōicari multis: ⁊ virtute aīe in corde ipsaꝫ cōicari manui ⁊ pedi productꝫ a corde aīato: hic eēt ꝓductio multoꝝ ꝯsubstantialiū in forma absq̄ mutatiōe illius forme. In vtroq̄ exēplo ponant ꝓducta eē ꝑ se subsistētia: ⁊ nō ꝑtes eiusdē: qꝛ ꝑtē eē ē impfectiōis hoc posito. scdꝰ modꝰ in vtroq̄ exēplo. q̄ est de cōicatiōe forme ipsi ꝓducto ꝑfecte repñtat ꝓductionē in deo. nō primꝰ modꝰ in vtroq̄ exēplo. q̄ est de cōicatiōe materie et adhuc hoc addēdo in positōe. ꝙ aīa in corde ⁊ manu ⁊ pede nō sit forma īformās. qꝛ cōponibilitas includit īperfectionē. sꝫ sit forma totalis. qua ista subsistētia sint ⁊ aīata sint. Ita ītelligit deitas nō cōicari q̄si materia. sꝫ relationibus. si ꝑsone ponāt relatiue: cōicat deitas ꝑ modū forme nō īformātis: sꝫ qua relatio vel relatiuū subsistēs ē deꝰ. nec igit eēntia informat relationē: nec ecōuerso. sꝫ est ꝑfecta idētitas. sꝫ eēntia hꝫ modū forme respectu relonis sicut natura respectu suppositi. in quātū ipsa ē qua relo subsistēs ē deꝰ. ecōuerso aūt nllo mō relo ē actꝰ eēntie. qꝛ sicut dicit Dam̄. relatio nō determinat naturā. sed hypostasim. ita nō ē actꝰ nature sed hypostasis. ¶ Silr qñ relo ī format fundamētū. suppositū dr relatū ꝑ se scdo. mō sꝫ illd fundamentū: sicut sor. est silis sm albedinē vl albedie. Pater aūt nō est pr deitate. sm Augu. 7. de tri. c. 4. ⁊ 6. igit hic nō ē talis modꝰ relatiōis ad fundamētū. q̄lis est in aliis. qꝛ hic fundamētū nō actuatur ꝑ relonē. sꝫ ista est tm̄ actꝰ suppositi vl est suppositū. Dico igit breuiter ꝙ relo ⁊ eēntia ita sunt ī ꝑsona. ꝙ neutra ē forma īformās alteꝝ. sꝫ sunt ꝑfecte idē: lꝫ nō formaliter: vt tamē nō sunt formalr

Exemplū doctrinale.

Ca. 5. vel. 10. lib. 1. ⁊ c. 6. li. 2.

eadem: relo nullo modo perficit essentiã: nec est terminꝰ formalis receptꝰ i eẽntia: sz eẽntia hoc mõ est forma relonis: qꝛ est q̃ relo est et silr qua est deꝰ. eẽntia ẽt est formalis terminꝰ gñationis. sicut in creaturis: nã est formalis terminus gñatiõis. nõ aũt actꝰ indiuidualis. ¶ Cõtra istd obũcit quia terminꝰ formalis gñatiõis cõicat igit p̃supponit illd cui cõicat. eẽntia aũt nõ p̃supponit relonẽ: sed ecõuerso. ergo eẽntia nõ cõicat relõni. Et põt eẽ quarta difficultas qꝛ aliqd ibi cõicat. ⁊ illd erit ibi formal terminꝰ. ⁊ illd p̃supponit illd cui cõicat. eẽntia aũt non põt p̃supponere relonẽ cui cõicetur. ergo ecõuerso: ⁊ ita relo cõicatur eẽntie. ⁊ tũc relo erit terminus formalis productionis. ⁊ essentia quasi materia.

¶ Imꝓbaī ēt hec via z sequēs de intellectione passione p idem mediū: qz tūc intelligētia gigneret verbū z nō memoria qđ est ꝺ Aug. intelligentia enī ꝓduceret illū terminū actionis intelligendi: si q̄s esset z intelligētia ꝓduceret intellectionē passionez: si q̄ esset. ¶ Ista ēt via de intellectione actione z passione nō vī rōnabilis: qz itellectio est forma vnaquez posset cōparari ad agēs a quo est: z ad subiectū in quo recipiī: tñ ipsa ex hoc nō hz talē distinctionē: vt possit esse q̄si cā sui vel eē terminꝰ actionis fm hoc: z nō fm illud. qz si est terminꝰ actionis: hoc est fm se: nec fm istū respectū nec fm illum: sed eā cōcomitanī isti respectus. ¶ Sequit igitur per viā diuisionis q̄ verbum est actualis intellectio. Et hoc cōfirmaī per Aug. 15. de tri.

c.16. Cogitatio quippe nr̄a pueniēs ad illud qd̄ scimus: atq; inde formata verbum nostrum est. Idē etiā habet ab eodē. 15. d̄ tri. c.10. ⁊.14. Formata quippe cogitatio ⁊c. verbū est sicut supra dictū est. Et confirmat istud p simile de verbo vocali ⁊ imaginabili. format eñ verbū vocale ad significandū ⁊ declarādū illud qd̄ intelligit. sed ꝙ vox nō statiz format ab intelligēte inquantū itelligens: sed per aliquā potentiaz mediā: puta motiuā: hoc est imperfectionis in intellectu. si igit statim gigneret vel formaret vt expressiuū illius qd̄ latet in itellectu: ⁊ hoc virtute intellect⁹ intelligētis nō minus esset verbū. obiectū āt hitualr cognitū latet i memoria. si igit virtute ei⁹ statiz cāret aliq̄ itellectio actualis: q̄ genita exp̄mat ⁊ d̄claret illud obiectū ibi latēs: vere ē ibi v̄buz qr exp̄ssiuū latētis ⁊ genitū virtute eius ad exprimēdū ipsum.

¶ Sz r̄stat dubitatio vlteri⁹ vtr̄ q̄libet itellectio actual sit v̄bū?

Hēr. q. 2. q. 6. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ non. sed opz addere quasi differentiā specificam que est declaratiua.

¶ Cōtra hoc arguit: qr in patre est notitia declaratiua formalr. naz intellectio que est patris inquātū est intelligētia est declaratiua patris inq̄tuz est memoria ita pfecte: sicut actualis intellectio: vt in filio declarat habitualē: vt in memoria filij: in patre tñ nō est verbū formalr sicut dicet in solutione qōnis. ¶ Similr verbū declarat se fm Aug. 7. de trini. c.3. Si inq̄t hoc verbū: qd̄ nos pferim⁹ tēporale: ⁊ seip̄m ostendit: ⁊ ip̄m de quo loq̄mur: quāto magis verbū dei: p qd̄ facta sunt oīa ⁊c. supple seip̄m ostendit: declarare igit non dicit relationez realē: nec per ꝯñs relationē geniti. verbū autē non est nisi intellectio genita. alioquin posset poni in patre formalr. Aliter dr̄ quātū ad istum articulū ꝙ verbū est notitia actualis: que est termin⁹ inquisitōis: qd̄ ostēdit p Aug. 9. de tri. c. vlt. vbi dr̄ ꝙ v̄bū est partū siue ples. est autē partū qr ē reptū: nō est autē reptū nisi qr inq̄situ. vnde vult ꝙ partū istū mētis p̄cedit appetit⁹ impellēs itellectū ad inquirēdū. Idē vr̄ velle. 15. de trini. c.15. Tunc sit verum verbuz: qñ illud qd̄ nos diximus volubili motione iactare ad illd̄ qd̄ scimus puenit: atq; inde format eius oīmodā similitudinez capiens: vt qūo res queq; scit sic ēt cogitet. ista aūt volubilis cogitatio est inq̄sitio: q̄lis non erit in patria: sicut inuit ca. 16. fortassis ēt non erūt ibi volubiles cogitatiōes nr̄e ⁊c. ponit tūc ꝙ post notitiā cōfusaz sequit inq̄sitio p diuisionē ⁊ argumētationē: ⁊ vltio deuenit ad pfectā notitiaz: q̄ q̄si gignit ipsa inq̄sitione: ⁊ illa pfecta notitia que est termin⁹ inq̄sitionis est verbū. ¶ Contra istud arguit sic. si de rōne v̄bi sit sic gigni inq̄sitiue: igit deus nō hz v̄bū. ¶ Scd̄o igit angelus nō hz verbū de naturalr sibi cognitis. ¶ Tertio igit beatus nō hz verbū de essentia diuina nec de aliquo pfecto cognito sine inq̄sitione. ¶ Quarto igit habēs pfectuz sciētie habitū statim operās per illum habitū nō pōt habere verbuz. que oīa videntur absurda.

Quer Tho. ⁊ hēr. ⁊ alios āti quos.

**Ideo istis** opi. omissis q̄ ad istud argumētū dico ꝙ nō queli.

bet intellectio actualis est ꝟbuz sicut ꝓbaꝫ ꝛ istā viā : que ponit declaratiuū cē ꝓpriuz verbi. sed tñ notitia genita. iō in pfe non est verbū formaliꝫ: ꝙlibet aūt notitia genita quā Aug. vocat plē est verbū nō tñ eo mō quo Aug. ponit ꝟbum pfectū: qđ. ſ. repñtet ꝟbū diuinū. ℙ primū istoꝝ declaro: qꝛ ꝙlibꝫ intellectio actualis gignit de memoria. impfecta autē ō impfecta: sicut pfecta ō pfecta igit quelibet notitia ē ꝓles: ⁊ ex ꝓssiua parētis: ⁊ genita ad expri mēdū parētē. ℙ Et istud ꝓfirmaꝫ ꝙ Aug. 9. de tri. c. 10. Oē qđ notū ē verbū dꝫ alio impſſuz: ꝯdiu de memoria diffiniri ⁊ pferri ꝓt. Itē. 15. de tri. c. 12. igit nec iterelt qñ illō dicerit q̄ qđ scit loqꝛ aliqñ eñ statim vt discit: hoc dicit: ⁊ breuiter q̄cūq; dña inuenitur iter notitiā primā genitā im perfectā ⁊ illā: q̄ sequit inq̄sitiōe nō est dña formalis: ꝓpter quaz hec possit dici verbū: ⁊ ista nō vt vꝛ. ℙ Scdz ōclaro sic. ſ. q̄ intellꝰ nꝛ nō statiz hz pfectā notitiā ob iecti: qꝛ fm ꝓhm. 1. phꝛsi. inata ē nobis via ꝓcedēdi a confuſo ad distinctuz ⁊ iō puus ordie origis ipumiꝫ nobis notitia obiecti cōfusa ꝯ distincta. ⁊ iō necessaria ē inq̄sitio ad hoc vt itellect⁹ nꝛ ve niat ad distinctā notitiā. ⁊ iō necessaria est inq̄sitio ꝑua ꝟbo pfecto: qꝛ non est ꝟbū pfectū nisi sit notitia actualis pfecta. Sic igit itelligēdū est q̄ cognito aliq̄ obiecto ꝑfuse sequit inq̄sitio ꝑ viaz diuisiōis dꝛiaz cōueniētiū illi: ⁊ inuētis oibus illis differēciꝫ co gnito diffinitiua illi⁹ obiecti est actualis cognitio pfecta ⁊ pfecte ōclaratiua illi⁹ habitualis notitie: q̄ ꝓmo erat i memoria: ⁊ ista distincta notitia pfecte declaratiua est pfectū verbum: hoc dicit Aug. 9. de tri. c. 10. Nā placet mihi q̄ noui: ⁊ diffinio q̄d sit itēperātia. ⁊ hoc est ꝟbū ci⁹ ⁊ ibidē ꝓmisit i codē. c. Aug. qđ iā supius positū est ꝯdiu ō memoria ꝓferri ⁊ diffiniri pōt. i. distincte ⁊ diffinute actualr cognosci ꝟtute eius qđ ē in memoria: nō igit de rōne ꝟbi est gigni post inq̄sitionē. sed necessariū ē intellectui impfecto qꝛ nō pōt statiz hꝛe notitiā diffinitiuā obiecti. hz eñ notitiā talē post inq̄sitionē. ⁊ iō verbū pfectū nō est in nobis sine inq̄sitiōe ⁊ tamen qñ verbū pfectū sequit talē inquisitionez: illa inquisitio nō est generatio ipsius verbi formaliter: sed q̄si preuia ad hoc vt generet ꝟbū: qđ bñ inuit Aug. i auctē ꝑalleg. li. 15. ō tri. c. 15. hac atq; illac volubili q̄dā motiōe ita ctam⁹ cū a nob⁹ nūc hoc: nūc illō sic inuētū fuerit: vel occurrerit: cogitat: ⁊ tūc fit vez ꝟbū qñ ad illō qđ scim⁹ puenit atq; iñ soꝛak ꝟbū ci⁹ ꝛc. inuēs q̄ illa iactatio. i. inq̄sitio nō ē gignitio ꝟbi soꝛalr. sed eā sequit gignitio ꝟbi de eo qđ sci m⁹. i. de obiecto i mēoria hitualr cognito. ℙ Et tunc si obūciak ad q̄d tūc inq̄sitio cēt nēcia: ꝑsset dici ad istō q̄ mot⁹ est necessari⁹ ad hoc vt iducak forma pfecta: q̄ nō posset statiz in ꝓncipio mot⁹ iduci: vel iductio multaꝝ soꝛaꝝ ordiataꝝ ad inductionē vltie fot me: ⁊ absq; illo ordie formaꝝ nō possz vltia soꝛa iduci statim: ⁊ sic hz hoc pōik iste ordo. ℙ Ita q̄ ꝓmo ē hitualr notitia ꝑfusa. ℙ Secūdo actualis itellectio cōfusa. ℙ Tertio iq̄sitio ⁊ inq̄sitōe multa ꝟba ō mitz notitiꝫ hitualib⁹ virtualr ꝛtētz i mēoria: quāꝫ inq̄si

5

T. c. 2

Doctrina phi 2. poste. c. c. 17. ⁊ 18. de inq̄si tōe qđ q̄d est.

vtinq̄t Auer. 1. met. cō. 17. q̄ materia ꝓ mo remotas vles ⁊ sic deiceps.

tionē seq̄t distincta ⁊ actual' notitia p̄mi obiecti: cui⁹ cognitio inq̄rit: q̄ notitia actual' distincta im primit h̄itualē i mēoria pfecta. ⁊ tūc ē p̄mo memoria pfecta: ⁊ assimilat mēoriē i pfe. vltio ex mēoria pfecta gignit ℣bū pfectū sine inq̄sitiōe mediāte iter ipsaz ⁊ ℣bū ⁊ illa gignitio assilat gignitōi ℣bi diuini pfecti ex mēoria p̄na pfecta nullū igit ℣bū ē pfecte re p̄nās ℣buz diuinū q̄ potissime

Speculatō singularis.

¶ tuetur aug. nisi illō q̄ gignit ō mēoria pfecta sine inq̄sitōe media iter talē memoriā ⁊ tale ℣bū ꝫ nec illa mēoria possit h̄ri i nobis pp iperfectōez intellꝰ nr̄i: ni fi p̄cedat inq̄sitio. ¶ Ultimuz du biū ilti⁹. q. ē: vtz ad rōnē ℣bi cōcurrat volūtas: puta vtz ō rōne ei⁹ sit q̄ sit notitia volūtate gēita vel volūtate agēte vel copulāte eā mēorie ꝫ Au. i mlt̄ loc̄. Jstā q. mouet Aug. 9. ō tri. c. 10. recte ℣ inq̄t. q̄rit vtz ois notitia sit ℣bū an tm amata notitia. nouim⁹ etiā ea q̄ odim⁹: ꝫ nō ꝓcepta nec pta dicēda sunt alo. Et rndet nō ola q̄ quoq̄ mō tangūt ꝓcipiunt: ꝫ aliq̄ vt tm nota sint: nō tm ℣ba dicāt: sic illa ō q̄b⁹nūc agim⁹: alr etiā dicunt ℣ba q̄ spacia tēpoz syl labis tenēt alr oē q̄ notū ē ℣bū dr̄ q̄diu de mēoria, pferri vel diffinīri pt q̄uis res ipsa diuisibilis sit ⁊ subdit postea. Uerūtn cū illa q̄ odim⁹ recte diuidi cēt rectez ipsa bant: approbat eoz ipsoratio ⁊ plz: ⁊ ℣bū ē: ⁊ necz vitioz notitia nobꝭ diuisibilis: ꝫ ipsa vitia. ita q̄ ō rōe ℣bi nō ē gigni amoꝛ obiecti cogniti ꝫ nec ēt gigni amoꝛe notitie q̄ ē ℣bū. tm ꝓcomitat pfectū ℣bū duplex act⁹ volūtatꝭ. vn⁹ p̄cuius q̄ iperat act⁹ ille: ⁊ inq̄sitio p̄uia: sine q̄ nō q̄ueniret ad ℣bū pfectū. sicut p̄z. 9. de tri. vlt. c. ⁊ alius q̄ intellꝰ q̄scit in intellectuali notitia ia hīta: sine q̄ non p̄maneret itellꝰ i notitia ia hīta nō igit act⁹ volūtatis ē de cēntia ℣bi: nec formalr: nec vt cā: ꝫ ꝓcomitat necio ad gñationē ei⁹ i nobis pp inq̄sitionē ei⁹ p̄uiā: ⁊ ad cōtinuationē ei⁹ fit pp hoc q̄ si intellectio volūtati nō ꝓplaceret: i ista notitia intellꝰ nō p̄maneret i ea. ⁊ ita ista notitia nō hēret rōnē ℣bi p̄manētis. ista tm p̄manētia nō ē de rōne pfecti ℣bi intēsiue q̄ nō minus pfecta ē albedo vni⁹ diei q̄ vni⁹ am. volūtas aūt respiciēs obiectū cui⁹ est verbuz nō p̄tinet ad rōnez verbi nisi stricte sumiēdo verbū q̄ mō Aug. p̄tractat. c. p̄al. Nēo pt dicere dns iesus nisi i spū scō. hoc dicēt idu dit acceptatōez agēte vel copulāte ⁊ addit aliq̄d vltra rōez ℣bi absolute.

I. ethi. c. 7.

I. cor. 12.

## Ad argumēta huius qō.

¶ Ad p̄mū p̄z q̄ illa auctas indiget expōne: dicit etiā ipsa ibi phātasia ei⁹. s. carthagis i memoria mea ℣bū ē p̄z āt ꝫ ip̄z. 15. de tri. c. 8. q̄ ℣bū nō ē forālr in mēoria. ℣ opz q̄ itelligat cāliter nō formalr. ¶ Ad scōz ꝫ magna altercatio fiat ō voce. vtz sit signū rei vel ꝓceptus: tm breuit cōcedēdo q̄ illud q̄ significat p vocez p̄pe ē res. sunt tm signa mlta ordiata cuiusdē significati: ꝫa: vox: ꝓceptꝰ sicut sunt multi effect⁹ ordinati cuiusdē cāe q̄z nullus ē cā alteri⁹: vt p̄z de sole illuminante plures ptes medij: ⁊ vbi est talis ordo cātoz abs q̄ hoc q̄ vnuz sit cā alteri⁹: ibi ē imediatio cuiuslibet respectu cuiusdē cāe: q̄z nullus ē cā alteri⁹ excludēdo aliud in rōne cāe nō ām excludēdo a bō

c. 15. 6 magni

phs. 1. perier me. i p hemo

in rōne effect⁹ imediatioris: ⁊ tūc posset ꝯcedi aliq̄ mō effectū ꝓpinq̄orē eē cāz respectu effect⁹ remotioris: nō ꝓprie sed ꝑp ꝑoritatē illā: q̄ ē iter tales effectus ad cām ita p̄t ꝯcedi de mult⁹ signis eiusdē significati ordiat⁹ ꝙ vnū aliq̄ mō est signū alteri⁹: qꝛ dat itelligere ip̄z: qꝛ remotius nō significaret nisi ꝑus aliq̄ mō imediati⁹ significaret: ⁊ tn̄ ꝓpter hoc vnuz ꝓprie nō est signū alterius: sicut ex alia parte de causa ⁊ cātis.

¶ Ad tertiū ꝯcedo ꝙ notitia est ꝓles ⁊ vere genita sic̄ ꝓductio illa: nō ē actual' intellectio qꝛ vt dictū ē supra: actual' itellectio nō ē actio ꝺ genere actōis: sz ē q̄litas nata terminare talē actionē: q̄ significat' per hoc qꝺ ē dicere: vel in cōi per hoc qꝺ est elicere. non igit' verbū est aliq̄d ꝓductū actione q̄ est intellectio qꝛ ipsa intellectio nō est ꝓductiua alicui⁹ sz ipsa est ꝓducta actiōe que est de genere actōis: sicut dcm̄ ē supra.

**Ad scꝺaz** qōnez dico ꝙ idē ꝑ se significat abstractū ⁊ cōcretuz. lz alio mō significādi sicut filius ⁊ filiatio: qꝛ sicut filiatio significat relationez de genere rel'onis: ita ⁊ filius. ꝑ modū tn̄ ꝺnoiantis suppositū relatiuū: ⁊ si accipiat' substātiue idē significat cū tali subsistēte. ita igit' idē significat ꝟbū ⁊ abstractū ei⁹. abstractū aūt ei⁹ si esset noiatū esset verbatio: q̄ notat rel'onē formal'r. idē em̄ significat qꝺ exp̄ssio passiua alicuius ꝺ intell'u: sed sicut filius connotat naturā viuētē i q̄ ē talis relo. ita ꝟbū cōnotat actualē notitiā cui⁹ est talis exp̄ssio. igit' cū i diuinis intellectual'r exp̄mi sit ꝓp̄etas secūde ꝑsone: seq̄t' ꝙ ꝟbū sit ibi mere ꝑsonale: ⁊ significet ꝓp̄etatez ꝑsonalē. Pz ēt ꝙ rō gignēdi ꝟbū nō est pr̄ vt actu itelligēs: sed pr̄ vt mēoria ꝑfecta. s. vt itell's hn̄s obiectū actu itelligibile sibi presens sicut ꝺclaratū ē supra di. 2. q. ꝺ ꝓductōib⁹. Pz ēt ꝙ verbū nō p̄t hr̄e aliq̄d de q̄ ꝓducat' ex dis. 5. qꝛ si p̄ncipiū ꝓductiuū hēat virtutē sufficiētē ad ꝓducēdū per se subsistēs: ꝓducit tale: ⁊ maxie si tale nō sit natū alicui īhererē. notitia aūt ista exp̄ssa nō ē nata alicui īherere: igit' ē nata ꝑ se subsistere: ⁊ p̄ncipiū ꝓductiuū ei⁹ ē sufficiēt⁹ virtut⁹ qꝛ ē īfinitū. igit' ⁊c.

**Ad argumēta** cuz primo arguit' ꝟz Aug. de tri. 15. Uerbū est cū amore notitia. dico ꝙ ꝑ hoc ꝙ dicit cā amore circūloquitur in nobis notitiaz genitam qꝛ amor nō hz cālitatē respcū verbi nisi vt īperat itellectui gignitōez ipsius sicut dcm̄ est. q. p̄cedēte. i diuis aūt verbū est notitia natural'r exp̄ssa: qꝛ ꝙ volūtas i nobis hēat cālitatem respectu verbi gignēdi ꝑ imperiū eius: hoc est imꝑfectōis in intellectu qꝛ nō statiz hz verbū perfectū. ⁊ de hoc qūo differēter volūtas se hēat in deo ⁊ in nobis dictū est di. 6.

¶ Ad aliud ꝺ. 15. de tri. ꝯcedo in p̄re intelligētiā formal'r sz nego istā ꝙ oīs actus intelligētie formal'r est verbū: qꝛ hoc nō est verū nisi de intelligentia illa q̄ pōt hr̄e aliquē actū genituz vel notitiam genitā talē actū nō pōt intelligētia habere: vt patris est qꝛ pr̄ est a se ⁊ nihil hz ꝑ generationē. tamē pōt cōcedi ꝙ intellectio actualis patris est quasi genita virtute memorie vt i ꝑte: sed nō vere genita qꝛ nō distincta.

¶Ad tertiū dico q̄ nō sunt duo ꝓpria: sz idē: qr eādē relonē ꝑ se significāt filiꝰ ⁊ ꝟbū: lz alia cōnotēt: qr filiꝰ naturā viuētē in cōi: ⁊ verbuz notitiā intellectualem actualr expressam. ista cōnotata nō semꝑ sunt eadē: sz relatio passiua significata semꝑ est eadem.

Hē. in sum. **Ad tertiā** qōnē dr̄ q̄ sic ꝑꝑ auctē Augu. 83. q. q. 63. Ibi em̄ loquēs de ꝓncipio euāgelij Io. ait q̄ grece logos dr̄ latie ⁊ ꝟbū ⁊ rōnē significat: sz hoc loco meliꝰ ꝟbū interp̄tat̄: vt significet̄ nō solū ad pr̄ez respectꝰ sed ad illa ēt que ꝑ ꝟbū facta sunt operatiua potentia.

¶Addit̄ ēt q̄ ꝟbū dicit ꝓpriū respectū ad creaturas: qr ꝟbuz ex rōne sui ē notitia declaratiua. ꝗ ꝯpetit sibi ex rōne sui ꝺclarare: appropat̄ ēt filio relatio ad creaturas: appropatio aūt nō fit nisi ꝑꝑ ꝯuēiētiā talis appropriati ad ꝓpietatē ꝑsone cui illꝺ appropatur. Et ꝺclarat̄ istꝺ ꝑ sil'e ꝺ dono ⁊ sili mō ponit̄ sicut ibi q̄ donuz vt cōnotat relonē aptitudinalez ꝑtinet ad ꝓprietatez spūssancti. ita ꝟbū vt dicit relationē aptitudinalē: nō actualē nec habitualē ꝑtinet ad scꝺaz personam.

Dis. 18. ¶Cōtra istꝺ pōt argui sic̄ supra argutū ē ꝺ dono qr nullꝰ respcūs ad creaturā est ꝓpietas ꝑsone diuine: nec ꝑ se itrisece includit̄ in aliq̄ ꝓprietate ꝑsone diuie sicut ꝓbat̄ ibi: ita pōt hic ꝓbari: q̄ꝺ cōcedo. tūc nō ē vis nec ꝯtētio ꝺ re nec de aliq̄ intrinseco ꝑsone diuine sed solū de hoc noie verbū. formalr em̄ respectꝰ notitie exp̄sse ad exprimētē alius est a respectu illiꝰ ad creaturā ꝺclaratā qr ad aliū terminū: ⁊ nō solū hoc sz ēt respectꝰ verbi exp̄ssi ad exprimētē: ⁊ respectꝰ eiusdē vt declarātis ad eūdē: vt declaratū: sunt duo respectꝰ qr primꝰ realis: ⁊ secūdus rōnis. isti aūt duo non faciūt aliq̄d vnū ꝑ se: qr res vera ⁊ ens rōnis nihil vnū ꝑ se ꝯstituūt iō si ābo isti respectꝰ vno noie significent̄: nō ꝑꝑ hoc faciūt vnū ꝑ se ꝯceptū sz alter eoꝝ p̄cise ē proprietas scꝺe ꝑsone. s. exp̄ssio illa passiua q̄ ē respcūs real' alter: āt s. respcūs ꝺclaratiui ē respectus rōnis tm̄: siue sit ad pr̄ez ꝺclaratū siue creaturā declaratā qꝺ aliq̄liter tactū ē supra ꝑ auctē Aug. 7. ꝺ tri. c. 3. vbi vult qꝺ ꝟbū ꝺclarat se: ⁊ idē. 15. de tri. c. 14. ꝓinde inq̄t tāq̄ seip̄z. dicēs pr̄ ⁊c. hoc ē seip̄m ꝑfectissime ꝺclarās ⁊c. Ex q̄bꝰ duabꝰ auctoritatibꝰ pz q̄ idē p̄t ad se referri vt ꝺclarās ad declaratū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō ē relo realis.

¶Sz posito hoc ꝺ istis respectibꝰ i se q̄ alter sit ꝓpietas: ⁊ alt̄ nō q̄d dicet̄ de hoc noie ꝟbū: nunq̄d significat vtrūq̄: vel alteꝝ? ¶Ur̄ q̄dē q̄ verbū significet ꝑ se respectū istū realē ⁊ prio qr eiꝰ abstractū vt dcm̄ ē priꝰ: significat eūdē: sz qr ꝯnotat notitiā ꝑfectā: q̄ notitia hz respectū rōnis ad cognita ꝑ eā. iō ēt ꝯnotat q̄si adhuc r̄motiꝰ rōnē ꝺclaratiui ⁊ ita ꝟbū significabit ꝓpietatē scꝺe ꝑsone: lz cōnotet aliq̄d absolutū i illa ꝑsona qꝺ ē q̄si t̄minꝰ formal' ꝓductiōis illiꝰ ꝑsone. ⁊ mediāte illo q̄si r̄motiꝰ ꝯnotet respectū ad oē illud ad qꝺ illud absolutū pōt hr̄e respectum rōnis. s. ad oia declarata.

¶Ad Aug. 6. de tri. cōcedo q̄ filius est ars: ita ēt dr̄ sapiētia patris ⁊ virtꝰ: ⁊ tn̄ sicut pr̄ formalr est sapiētia ⁊ virtꝰ ita ēt formalr ē ars: si aūt pater formalr creat ⁊ hoc vt artifex: creatiua rō fora

liter

liter est in patre: ⁊ ita ille respectꝰ artis ad creaturas vt ad artificiata ē cōis tribꝰ lꝫ appropriet̄ filio: sicut sibi appropriat̄ sapiētia ꝑꝑ ꝯuenientiā cū ꝓductione sua.

¶ Ad illud ꝓ opi. de. 83. q. q. 63. pōt dici ꝙ meliꝰ iterpretat̄ logos grece ꝑ illud qđ est verbū latine: q̄ꝫ ꝑ illud qđ est rō: qꝛ rō nō ita significat respectū ad patrē: sicut verbū: nec ēt ita ꝯnotat respectuꝫ ad declarata: sicut verbū. nō aut vult Aug. dicere ꝙ verbum dicat essentialr̄ relationē ad creaturaꝫ sub rōne declaratiui qꝛ dicit vt significet̄ nō solū ad patrē respectꝰ sed ad illa etiā q̄ per verbū facta sunt operatiua potentia. verbum aūt nō đr operatiua potētia p̄ris nisi sicut đr sapiētia patris ⁊ ars patris q̄ nō sunt eiꝰ nisi ſm appropriationē. aut si aliter. s. intēdat ꝙ hoc nomē verbū vtrūqꝫ respectū significet: tūc non significat p̄cise ꝓprietatē scđe ꝑsone sed cum hoc aliū respectū appropriatū ⁊ tūc cōgrua est interp̄tatio logos in verbū ⁊ nō in rōnē qꝛ ratio nec respectū ꝓpriū nec appropriatuꝫ ita significat. vera est q̄dē interpretatio in verbū ꝓpterea ꝙ plus dicit q̄ꝫ ꝓprietatem ꝑsone. nec Aug. dicit interpretationē esse in aliquid quod significat ꝓprietatem persone secunde.

¶ Cū addit̄ postea ꝙ verbū dicit respectū ad creaturas ꝓpriū sibi hoc videt̄ multo falsiꝰ q̄ꝫ ꝯclusio opposita ei quā teneo quia nō tātū ad creaturā relatio nō includit̄ in rōne essentiali alicuiꝰ persone: sꝫ nec aliquomodo pōt pertinere ad aliquā quin vniformiter pertineat ad totā trinitatē qꝛ tota trinitas vniformiter se hꝫ ad omne aliud a se ſm quodcunqꝫ esse siue ſm esse in re siue ſm esse intelligibile. Et cū ꝓbatur per declaratiuū dico ꝙ itellectio actualis patris est declaratiua nec declaratiuū est ꝓpria ratio verbi: sed noticiā expressam cōcomitat̄ declaratiuū qꝛ illa exp̄ssio ē noticie actualis vel in notitia actuali ⁊ ideo sibi appropriat̄ declaratiuū lꝫ non sit ꝓprium eius.

¶ Cū addit̄ postea ꝙ appropriatio non fit nisi ꝓpter conueniētiā cū ꝓprio. non sequit̄ ex hoc ꝙ appropriatū sit ꝓpriū sed oppositū: ⁊ concedo ꝙ proprium filij qđ est ex primi habet conueniētiā cum sapiētia ⁊ declaratiuo ⁊ cū arte: ꝓ eo ꝙ ista exp̄ssio est alicuiꝰ per modū intellectꝰ ⁊ virtute intellectus ⁊ talis exp̄ssio ē noticia actualis cuiꝰ est declarare notitiā habitualē de qua exprimitur. 2

¶ Sed tn̄ hec est difficultas melior q̄ꝫ sit ista de rōne declaratiui s. vtrū verbū exprimat̄ virtute intellectꝰ paterni non tm̄ de eēntia diuina quasi obiecto presente intellectui p̄ris: sꝫ de alijs intelligibilibus vt sic habeat respectū ad creaturas nō vt in se sunt: sꝫ vthn̄t esse in intellectu paterno priꝰ origine vt videt̄ q̄ꝫ verbū exprimat̄ ⁊ tūc haberet ad illā relationem expressi. esset em̄ tunc verbū exp̄ssum nō tm̄ de essentia vt obiecta intellectui patris: sed etiā de alijs intelligibilibus: ⁊ de hac difficultate alias in q̄stione de vniformi habitudine trinitatis ad alia a se.

Utrū per rationē naturalē possit cognosci verbū nō eē essentiale: in diuinis? Qđ nō: qꝛ tunc trinitas ratione naturali cognosceretur. ¶ Itē in creatura ꝟbū est eque. s. cuiuslibet suppositi in natura. s. q. 2. ⁊ q. 8. q. q̄lib. 13. subtilissime. vide. s̄. i

¶ Cōtra cognoscit nō esse verū primā personā esse verbū: sz alia est p̄ma. ¶ Solutio ad illud de negatiōe pz q̄ ꝯceptus termini siue verus in se siue nō: ostendit negationem de affirmatiua. hec posset demōstrari: nā ꝓpter effectuz causantē ꝯceptū cōem pōt non ꝑ impossibile: ⁊ qd̄libet contrariū solui. ¶ Utrū rō verbi sit prior respectus filij in scd̄a ꝑsona? q̄ sic. qr ē magis ꝑ se terminus principij ꝓductiui. ¶ Contra nō p̄or notitia. ¶ Cōtra. 7. de tri. c. 4. opinio veri intelligibilis. ¶ Cōtra natura substātie, dicit principiū moderatiuū. ¶ Solutio. filiꝰ est subsistēs in natura intellectuali genitꝰ ꝟtute nature respcū exñtis in eadē natura.

# Preterea ⁊c.

## Dist. XXVIII.

Circa disti. 28. i q̄ magister agit de ꝓprietatibus constitutiuis tria queruntur.

¶ Primo quero vtrū ingenitū sit ꝓprietas ipsius patris? q̄ nō. ¶ Primo sic. nulla ꝓprietas d̄r formal̄r de essentia: hoc ꝓbatur ꝑ rōnez: qr tunc ipsa distingueret: pz etiā exēplo sicut essentia non d̄r formal̄r generās nec genita spirās: nec spirata: sz essentia vt vr̄ ē formal̄r ingenita: ꝯ ingenitum nō est ꝓprietas alicuius persone: spūs sanctus etiā est ingenitus formal̄r: vt ꝓbabo. ꝯ esse ingenitū nō est proprietas p̄ris. ꝓbatio assumpti qr essentia nō est genita. ꝯ est nō genita. ꝯñtia pz per ph̄m scd̄o ꝑiermenias: qr affirmatiua de p̄dicato infinito: sequit̄ ad negatiuā de p̄dicato finito: ⁊ ecōuerso cuz ꝯstantia subiecti. ⁊ vlterius: ꝯ est igenita. hec ꝯñtia probat̄ ꝑ Aug. 5. de tri. c. 7. q̄ dicit q̄ idē est ingenitum ⁊ non genitū. Consil̄r argui pōt de spiritu sancto si nō est genitus: ꝯ est nō genitus: ⁊ vltra igit̄ est ingenitus. ¶ Preterea omnis proprietas ꝑsonalis est relatiua: qr quicq̄d ad se d̄r cōmune, est tribꝰ: ex. 5. de tri. Ingenitū aūt nō dicit relationē vt ꝓbabo. ergo ⁊c. probatio minoris: qr si sic igit̄ omne ingenitū est relatū: hec etiam est vera omne genitū est relatū: hāc cōuerto per contrapositionem. ꝯ omne nō relatum est non genitū tunc arguo: oē non genitū est relatum: oē non relatum est non genitum: ꝯ omne nō relatum est relatum. ꝯclusio impossibilis. ergo aliqua premissarū: nō ista que sequitur ex vera ꝑ cōuersionez per contrapositionem: ergo alia.

¶ Itē si innascibilitas eēt ꝓprietas patris ꝯ inspirabilitas esset notio patris ⁊ filij: ⁊ ita essent sex notiones. quod negatur cōiter.

¶ Preterea Ambrosiꝰ. 4. de spū sctō noluit vti hoc noīe ingenito: sicut magr̄ dicit in lt̄a. ¶ Oppositū Aug. ad Orosiū. 2. ñ duos eē ingenitos certa fides declarat.

## Questio. II.

Secūdo queritur. Utrum innascibilitas sit ꝓprietas constitutiua prime persone in diuinis? q̄ sic. Damas. lib. 1. c. 2. Omnia sunt vnū preter ingenerationē: ⁊ gñationē: ⁊ ꝓcessionem. ꝯstat q̄ nō excludit oēs ꝓprieta-

tes psonales: qr tūc in patre non esset aliqua pprietas: nisi inascibilitas. igit excludit oia alia i rōne pprietatis psonalis ꝯstitutiue ergo vult oēs istas ⁊ solas eē tales relones. igit ingeneratio est pprietas constitutiua persone.

¶ Oppositū. sicut scda psona se hz ad filiationē: sic pria psona ad pr̄nitatē: sz filiatione cōstituit secūda psona. ergo ⁊ pr̄nitate pria.

**Ad primā** qōnem dico ꝙ duo sunt vidēda. ¶ Primo qualr ingenitū soli patri ꝯueniat. ¶ Et scdo qūo possit esse pprietas: cū videat tātum negationem importare.

**Quantū** ad primū dico ꝙ oīs dictio
A cōposita ex aliquo multiplici et pticula priuatiua. est duplr multiplex. ¶ Tū ex mltiplicitate affirmatiōis opposite. ¶ Tū ex mltiplicitate priuatiōis sicut pz p phm 5. meta. c. de potentia. vbi impo-
t.c.17. tentiā distinguit fm multiplicitatē potētie: ⁊ pter hoc fz multipli-
t.c.27 citatē priuationis q̄ ponit ca. de priuatione eodem. 5. ⁊ ita hoc nomē ingenitū est multiplex: ⁊ multiplicitate eiꝰ qd est genitū. ⁊ multiplicitate particule priuatiue.

B **Quantū** ad primū genitū dr pprie pductū per gñationē vt pmus terminꝰ: extendendo aūt genitū dr genitū cōicatum per gñationem
5. metaphysice. t. cō. 27 et. 10. metaphysice. t. c. 19. qd est terminus formalis gñationis. sicut dicit Hyla. ꝙ nihil nisi natū hz filius. tertio mō extendit genitū ad pductum siue ad pexigens gñationē lz ipm in se nō sit terminus gñationis nec primus nec formalis. ¶ Priuatio etiā lz multiplr possit distingui. In priuationē pprie dictā: puta qñ aliquid caret eo qd natū est hre: ⁊ qñ ⁊ vt opz ⁊c. Et in priuationē cōiter dictam. s. qñ aliquid caret illo qd natum est hre non tñ fm ꝯditiones predictas. Et adhuc communius: qñ caret illo qd ipm natum est hre non fm se: sed fm genus sicut talpa dr ceca: qr visio q̄ priuatur per cecitatem non repugnat animali fm genus: lz repugnet talpe fm se: ⁊ isto modo tāto generaliꝰ aliqd diceret priuatum quāto habitus: cuius est priuatio: natus est cōpetere cōiori cōuenienti ipsi priuato: puta cōmunius diceret priuatū aliquid qd non haberet illud: quod natū est sibi cōpetere fm rōnem corporis q̄ cui natum esset competere fm rōnez corporis animati: ⁊ adhuc cōius: qd natum esset habere fm rōnem substantie q̄ qd natū esset habere fm rōnem corporis ⁊ communissime si natum eēt hre illud fm rōnem entis. Exemplum primi: si lapis dr esse inanimatus: ⁊ priuari aīa: hoc est: qr conuenit sibi fm rōnem corporis cuius aiatum est differentia. Exēplū scdi. sicut angelus dr incorporeus. Exēplū tertij: sicut oīs creatura dr imperfecta: nō qr nata sic habere oēm pfectionē in suo genere: sz qr habere oēm pfectionē non repugnat enti: qr vni soli enti conuenit esse simplr perfectum.

¶ Negatio etiā distinguit per negationē extra genus: que ꝯtradicit affirmationi simplr: ⁊ ista vera est de quolibet de q̄ falsa est affirmatio: siue de ente: siue de non ente: alia est negatio in gñe: ⁊ ista psupponit naturam generis de qua dicat: ⁊ ista pōt intelligi multipliciter fm multiplex genus cōmunius ⁊ minus cōmune. ¶ Ad

C

doctrina phi

ꝓpositū igr̄ loquēdo de multipli
1. post. citate iportata ꝑ hāc ꝑticulā in.
t.cō.10 lz fiat altercatio vtrū iportat ne=
gationē in gn̄e: vel ꝑuationē. tn̄ vr̄
ꝙ idē sit in ꝓposito accipiēdo ne
gationē ſm genꝰ cōissime. si natū
est habere illd̄ ⁊ ꝑuationē ſm gn̄s
cōissime: qꝛ negatio i apto nato ē
ꝑuatio ſm phm. 4. meta. ita ꝙ ni
hil addit ꝑuatio vltra negationē
nisi ꝙ reqrit naturā aptā in q̄ sit
igit̄ negatio in gn̄e q̄cūq̄ mō acci
piat̄ gn̄s cū sit in apto nato aliquo
T.c.4 mō: lz nō ſm se apto ip̄a erit ꝑua
tio aliq̄ mō ſm gn̄s lz nō ꝓprie in
tali ſz ꝙ tale. ¶ Et si obijcias ꝯ
hoc qꝛ nulla est ꝑuatio in diuinis
qꝛ ꝑuatū est iperfectū. ¶ Respon
deo ꝙ hoc ꝯcludit de ꝑuatiōe ſz
rōnē ꝓpriā subiecti ꝑuati si ei ip̄z
carēs aliquo natū esset ſm se hēre
illd̄: imꝑfectū esset: ſz si natū sit ſz
rōnē gn̄is: nō aūt se ſm hēre illud
nō esset imꝑfectū: lz careret ipso.
Qd̄ aūt hoc mō multe ꝑuationes
accipiant̄ in creaturis: pz nō solū
ꝑ illd̄ phi de talpa: ſz ēt ꝑ cōem di
uisionē cōis in habitū ⁊ ꝑuationez
sicut aīal in rōnale ⁊ in irratiōale.
irrationale irrōnale q̄dē dicit ꝑuationē in bo
ue: nō eiꝰ qd̄ natū ē haberi i boue
ſm spē. ſz eiꝰ qd̄ natū est haberi i
eo ſm qd̄ est aīal. genꝰ q̄dē quasi
cōe habitui ⁊ ꝑuatiōi ē illd̄ cui cō
uenit aptitudo ad vtrūq̄. In ꝓpo
sito aūt extēdēdo illd̄ qd̄ est genꝰ
siue intelligamus ꝑ priuatione si
ue negatiōe ſz gn̄s: ꝑ q̄ ambo idē
intelligo: possumꝰ hic accipere q̄
si genꝰ hic quod est cōe ad tres ꝑ=
sonas vt ꝑsona siue subsistēs: ⁊ tūc
dicamꝰ patrē ꝑuari aliquo ſz gn̄s
vel ꝙ in p̄re dicat̄ negatio aliqua
ſm gn̄s alicuiꝰ qd̄ natū est ꝯpete
re nō tn̄ ēti: ſz supposito qd̄ ē cōe
p̄ri ⁊ filio: ⁊ tūc hoc nomē ingenitꝰ
poterit ad ꝓpositū quadrupl̄ rac
cipi. ¶ Uno mō ꝓprijssime ꝓut si
gnificat carētiā ꝓpriā eiꝰ qd̄ im=
portat̄ ꝑ hoc nomē genitū vt. s. ꝑ=
mi ꝓducti ꝑ gn̄ationē: ⁊ hoc mō
nō est in diuinis: qꝛ ibi nihil caret
eo qd̄ sibi natū est inesse. ¶ Scd̄o
mō ꝓut significat cōiter carētiaz
eius qd̄ significat̄ ꝓprie genitū: ⁊
tūc connotat subsistens siue ꝑso=
nā ⁊ significat carētiā geniti pro=
prie sumpti: ⁊ hoc mō vr̄ ꝯpetere
de virtute sermonis p̄ri ⁊ sp̄ui san
cto quoꝝ vterq̄ est subsistēs: ⁊ nō
est genitꝰ. nō sic ꝯuenit essentie: qꝛ
ip̄a lz sit ens ⁊ nō genita: nō tn̄ est
ꝑ se subsistēs ⁊ persona. ¶ Tertio
mō vt dicit carētiā ſm genꝰ: ⁊ hoc
geniti scd̄o mō sumpti. s. ꝑ cōica=
to ꝑ gn̄ationē ⁊ hoc mō eēntia nō
d̄r ign̄abilꝫ remouēdo aptitudinē
ad cōicationē. ſz vt in p̄re pōt dici
nō cōicata: ⁊ ita igenita: si hoc mō
sumat ingenitū. ¶ Quarto mō si=
gnificat carētiā ſz gn̄s geniti cōis
sime sumpti: ⁊ tūc idē est igenitū
qd̄ subsistēs nō ꝓductū ⁊ hoc mō
accipit̄ a sanctis. ita ꝙ idē ē igeni
tū in diuinis qd̄ iproductū ꝓprie
dictū qd̄ pz ꝑ Au. 15. de tri. c. 26.
Pater em̄ solꝰ nō est ab alio. iō so
lus appellat̄ ingenitꝰ. Et idē vult
ad Orosiū scd̄o. Dico igr̄ ꝙ inge=
nitum ſm vsum sanctoꝝ prout. s.
significat negationē geniti cōissi=
me sumpti. s. ꝓducti connotando
subsistēs in natura diuina sic con
uenit soli patri: sicut pz ꝑ auctō=
ritatem Augu. iam preallegatā.

Pro opiniōe prima ꝓprie
tas icōicabilis ꝯstituit ingenitum
hoc. 5. de tri. c. 6. ⁊ si filius nō ge=
nitus esset nihil prohiberet eū. s.
patrē dicere ingenitū: ⁊ si gignat
quisq̄ filiū: non ex eo ip̄o est ige

nitꝰ: qꝫ genitihoiesgignũt alios
In alio ꝺb⁹ ori ginalio b⁹ ponitur ista addi tio: sed ꝑ defectuosa.
post. c. 7. nec iõqſqꝫ pater: qꝫ genitus nec ingenitus sio qꝫ ꝑ. post inquit alia notio est qua intelligitur genitor. alia qua ingenit⁹. 2. 7. c. 8. cũ ingenit⁹ ꝺr pater: nõ qꝺ sit. sed quid non sit ostendit. c. 6 ẽt cũ dicit ingenit⁹: nõ ad seipm dicitur: sed qꝫ ex genitore non sit ostẽdit. ¶ Cõtra de respectu ad prius. ¶ Item absolutum prius est. ergo ꝛ̃to magis hz de ratiõe absoluti tãto magis ẽp⁹. ¶ Itẽ nõ hꝫabere p̃ ꝓductionẽ p̃cedit ꝓducꝫ: qꝫ ptinet ad rõnẽ potẽtie ꝓpinque. sicut est ammotio impediẽti. ¶ Cõfirmaꝫ per silẽ de inspirabili. mõ essentia prius estꝫ in aliq̃ nõ cõicata. ꝛ̃ cõicata eẽnt ta hꝫ sc nõ est cõicata. ꝯ. ¶ Rñdeo potẽtia illa, ppriq̃ nullo mõ in re p̃cedit gnationẽ. sꝫ tñ hꝫ cõcept⁹ absolutos sicut di. 27. dictũ ẽ. nõ ẽt ẽ silẽ: qꝫ in nõ ꝓstituto p ordinẽ ad posteri⁹. ꝑ ẽ necessario rõ ordinis ad prius. ¶ Contra negatio nõ ꝓstituit ꝓsonã pmã. qꝫ nec scdaꝫ igenitũ est negatio. tũ qꝫ ẽ alia notio. ꝛvt sic ñ dicit eẽntiã tñ: neꝛ rẽ positiuaꝫ aliã a duab⁹. Instãtia ꝯcludit qꝫ nõ ẽ notio. ¶ Cõtra iꝯtũ negatio dicit dignitatẽ. ¶ Rñdeo dignitas ꝓsonalis. ¶ Itẽ negatio hꝫ cõicabilisꝫ. ppria. qꝫ nec vna. sile nec ens. neꝛ de aliq̃ nisi pp positionẽ. ¶ Itẽ ꝓsona prima nõ nisi cũ scda. ¶ Itẽ Au. i fine retracta nõ ſm qꝫ nõ est: est ingenit⁹. sed qꝫ vnicum filium genuit.

S. Bona. li. 1. di. 27. q. 2. et 1. di. 28. q. 1. et

## De scdo

articulo dicunt aliqui qꝫ cuꝫ in genitum dicat tantum ꝓuationeꝫ et in genere: vel tñ negationẽ ꝛ per ꝓhs ex rõne sua formali non dicit aliquaꝫ dignitatez: nec aliq̃d ad dignitatẽ ptinẽs: nihil possit poni ꝓprietas ꝓsone diuine: nisi sit aliquid pertinẽs ad dignitatem ergo opꝫ qꝫ ingenitũ cõnoter aliqõ positiuum rõne cuius connotati sit ꝓprietas. hoc aũt positi uum ponit ab eisesse fontalis plenitudo que est in solo ꝑe: in quo est oĩs fecũditas tã ad intra ꝙ ad extra. ¶ Sed cõtra istud arguit primo: qꝫ ista fontalis plenitudo nõ intelligit ad extra: qꝫ talis fecũditas est cõis tribus ſz itra nõ est in patre nisi duplex fecunditas. ſ. ad generãdũ ꝛspirandũ: hec aũt fecunditas non est aliq̃d vnũ positiuũ in patre: nisi essentia: essentiã aũt nõ cõnotat vt ꝓpter hoc dicaꝫ esse ꝓprietas patris. Qõ ãt ista fontalis plenitudo nõ sit aliq̃ positiua relatio vna in ꝑe ꝓ: qꝫ tũc in ꝑe eẽnt tres relones positiue. ſ. gnatio actiua: spiratio actiua. illa relo quã circũloquimur p hoc qꝫ est fontalis plenitudo fecũditatis. ſz sit innotiata: ꝛtũc cẽnt ꝺnq̃ notiões qõ nõ ꝓcedit cõiter ſaltẽ nõ ꝓcedunt in patre tres ꝓprietates positiue relatiue.

¶ Preterea ingenitũ nõ vꝝ ꝓnotare illã fontalẽ plenitudinẽ qꝫ nõ primã fecũditatẽ qꝫ ſm Au. ſ. de tri. c. 6. Et si ꝑ filiũ nõ genuisset nihil ꝓhiberet eũ dici ingenitum igr igenitũ põt ꝓcedere gnationẽ actiuã: multo magis ẽt nõ ꝓnotat scdam fecũditatẽ: qꝫ si p impoſe nõ posset esse ꝓductio p modum volũtatis: adhuc tñ esset stat⁹ in gnatiõe ad aliquã ꝓsonã igenitꝫ sub ꝓpria rõne. ergo vꝝ qꝫ illa fontalis plenitudo que nihil dicit nisi duplicẽ fecũditatẽ nõ põt ꝓnotari p hoc qõ est ingenitũ tertio qꝫ rõ eoꝝ nõ vꝝ valere: qꝫ si ꝓprietas ꝓsonalis diceret dignitatẽ ſm-

plr: igr alia psona que non hz illā nō haberet oēm dignitatem simpliciter. quod est inconueniens.

¶ Aliter dicitur q hoc positiuuz est esse a se. ⁊ hec dr esse intētio Ricar. ⁊ q esse a se est aliqd propriuz positiuū circūlocutū per ingenitū ⁊ precedit relationem ad filiū qr enim aliquid est a se: ideo oportet sm Ricar. q aa ipso sit omne esse ⁊ omne existere.

¶ Cōtra esse a se si est positiuum ⁊ absolutū erit cōmune tribus aut relatiuū: ⁊ nō ad prius: qr non est nisi negatio relationis, ad prius. igr erit ad filiū ⁊ ita ēt a se vel dicit habitudinem ad filiationez. si est positiuum vel si dicit habitudinez ad precedēs erit negatio relonis ⁊ ita negatio est ingenitum. ergo non est pprium positiuum illius.

E Iō videtur dicēdū q ingenitū sub propria rōne sua vt significat non habere genitorē est proprietas patris: ⁊ sufficiēter importat dignitatē. i. nō idignitatē. hoc em suffict ad psonalē pprietatem: q non sit indignitas: sicut ⁊ persona in diuinis non dicunt esse impfectiones. non tn perfectiōes simpliciter. i. vlr in quolibet melius ipsum q non ipsum.

¶ Et si omnino fiat altercatio q oio oportet pprietatem dicere dignitatē nō absolutā sed psonalē. Potest dicit ingenitū inquantum negat habere genitorē dicit dignitatez personalē prime persone in diuinis. qr sicut dignitas est in secūda persona habere pncipiū originās: ita est dignitas in prima psona non habere: ⁊ tn ista dignitas non oportet q sit dignitas formaliter alicuius positiui pprij cōnotati per hoc qd est ingenitū. vnde negatio potest dici esse dignitatis in aliquo pro quanto indignitatis esset si opposita affirmatio poneretur in eo sicut dignitatis est in rege q non sit scelestus vel mercator.

Nota q sicut relatiōes positie fundāt i eēntia ex natura rei: sic ⁊ ista negatiua. ex natura em esseutie est q in aliqua psona sit rō: q ipa nō sit ab alia: ⁊ sic substractū ipsius relationis nō ē nisi essentia diuina vt sit sensus ingenitus. i. hns diuinaz essentiā nō ab alio. ex se em hre dignitatem ⁊ a nullo pncipiatiue est libere hre sicut rex regnat. iō vt sic est dignitatis negatio em pcise vt negatio: n iportat dignitatē: nisi ex hoc q circa talē affirmationē fundat. vn habere deitatem ab alio simplr non est dignitatis: sed solū ratiōe modi notabilis habēdi. s. per generationē ⁊ spirationē. ppter hoc dr q ingenitū stricte. s. nō pductū p generationē dicit dignitatē: sz ingenitū est negatio: ⁊ nō vt ꝯuenit spiritui sancto: sed tm patri sic: vt dicit simplr nullo mō esse ab alio.

¶ Ad secundum ibi inspiratum non dicit dignitatem: quia spiratum dicit ideo non est sexta notio. ⁊ exponitur ibi ad tertium ingenitum. cōsideratur em vno mō simplr ⁊ sm se. Alio mō vt consideratur circa talē naturā. primo mō substractum non est nisi essentia ita q si esset hypostasis in essentia sine proprietate esset ingenita scdo modo aliquid est substractū negatiōi eius triplr. vel. s. vt i q fundat in pmo vel tertio. vt cuius ē notificat respectū substātie solius formalr in quo fundat. nō tn nisi vt ē sub pprietate pris. ¶ Cōtra me-

lius diceret ad argumētum q̄ dignitatē importat respectu fundamēti tm̄ nec sequitur q̄ nō dicit dignitatē ꝓpriā qr essentia est differēs ad plures dignitates ꝑsonales q̄s ponit. 15. de tri. ¶ Cōfirmat qr vbi ad prius est habitudo positiua prius est q̄ ad posterius. igr̄ ⁊ negatiua. ⁊ hoc ē qd̄ dr q̄ rō p̄mi p̄cedit ordine ad posterius ⁊ nunq̄ alicubi absolutū prius est relatiuo ingenitum secundum se potest competere supposito absoluto si esset.

# Ad argumenta

huius. q. ¶ Ad p̄mū nego minorem cū ꝓbat p ph̄m scdo periermenias. dico q̄ illa ꝯña ph̄i tz per virtutē p̄mi p̄ncipij huius. s. a quo cūq̄ remouet vnū ꝯtradictoriorū de eodē dr reliquū: vt sic aūt non pōt ꝯcludi affirmatiua de p̄dicato infinito sequi ad negatiuā de p̄dicato finito nisi vbi illd̄ p̄dicatū infinitū significat negationem extra. genus ꝯtradictoriā affirmationi. qr negatio in genere nō contradicit affirmatiōi. ⁊ tūc nō sequitur. nō est genitū. ergo est nō genitum nisi in negatiōe extra genus est ⁊ hoc mō non genitū nō cōuertitur cum ingenito: lz cōuertat in accipiendo nō genitū prout dicit negationē in genere: qūo intelligit Au. ¶ Ad scdm cōcedo q̄ nulla proprietas ꝑsone ꝑmviā cōem dicit aliquid ad se: nec tn̄ opz oēz ꝓprietatē dicere relationē positiue: sz sufficit q̄ vel positiue vel negatiue. si em̄ relatio sit personalis ⁊ ꝓpria alicuius ꝑsone negatio etiaz resolutionis erit personalis propria alij persone ⁊ ita nō ad se neq̄ communis tribus. ⁊ hoc mō. s. negatiue ingenitū dicit relationē sicut pz ꝑ Au. 5. de tri. c. 8. Et tunc ista est falsa oē nō genitū est relatū ⁊ tn̄ nō sequit. ergo nō genitū dicit aliqd ad se. sz sequit q̄ vl dicat aliquid ad se vel negationem proprie relationis siue relationem negatiue. ⁊ sic ꝯceditur conclusio q̄ omne non relatum sit relatū positiue vel negatiue.

¶ Ad tertiū dr q̄ ispirabile non dicit aliquā dignitatē sicut dicit ingenitū ⁊ ita nō est notio. ¶ Sz hoc vr̄ eē falsuz in se qr equalis dignitatis ē in p̄re ⁊ filio nō spirari sic in p̄re nō gn̄ari. ⁊ ēt ad ꝓpositū non vr̄ valere qr nō vr̄ necessariū ad ꝓprietatē siue ad notionē dicere ꝓprie dignitatē ¶ Alr̄ p̄t dici q̄ ingenitū sicut nō ꝓductū sicut expositū ē in p̄rio articlo solutiōis. ⁊ hoc mō ispirabile qr ꝯtinet in eo nō ē alia notio ab eo. sequit em̄ non ꝓductū. ergo nō spiratū. ⁊ nō econuerso. ergo nō est alia notio.

¶ Contra ingn̄atio est tm̄ in p̄re ispiratio aūt est i p̄re ⁊ filio. g̃ hec notio nō est illa. Sz si ista ꝯña sit cōcedēda erunt sex notiones nisi alia rō assignet quare inspiratio nō sit notio. Et si videat absurduz ponere sex notiōes qr cōiter non ponunt tot: posset dici q̄ locus ab auctoritate nō tz negatiue. Tpe aūt Ambrosij nō vident fuisse vsitate tres notiōes in p̄re: qr noluit hoc nomine ingenitus vti. Tpe etiā Ansel. nō vident fuisse vsitate due notiones positiue in p̄re. qr nō vtitur ip̄e vi spiratiua: sz ꝓ illa accipit dignitatez cōem p̄ri ⁊ filio: ⁊ si tūc a p̄ncipio fuerūt tm̄ note tres proprietates notionales. s. paternitas filiatio ⁊ spiratio: ⁊ hoc ex verbo saluatoris in euāgelio. ⁊ Jo. in canonica sua. capitu. 1. tn̄ postea per inuestigationem innotuerunt alie notiones ⁊ proprietates que

Quere i reportatis distin. pn̄ti. q. finali.

Mat. vlti.

tum tale. igit̄ silr̄ in ordine psona rū prius cōuenit prie psone negatio ordinis ad priorē q̄ ordo ad scdam psonam. ergo prius intelligitur ingenita q̄ generās: ⁊ in illo priori intelligit̄ psona incōicabilis in natura diuina ergo.

¶ Preterea. si ꝑm imaginationē phoruz nō eēt in diuinis: nisi vnū suppositū absolutū: ꝯstitueret̄ p essentiā absq; ꝓprietate positiua ⁊ si aliqua ꝯcurreret: nō esset nisi illa negatiua: que esset nō eē ab alio: ergo vr̄ q cū origo posita in diuinis nihil auferat ipsi essentie nec ēt huic ꝓprietati negatiue n̄ eē ab alio. ergo p ipa poterit mō aliq̄ psona ꝯstitui. ¶ Et si obijciatur qūo sola negatio poterit ꝯstituere psonā diuinā? ¶ Rn̄det̄: q psona includit essentiā diuinā: q̄ est cōicabilis ⁊ cū hoc aliq̄d qd̄ est incōicabile: p hoc qd̄ hz naturā i se hz i se oēm pfectionē positiuā: que pōt poni in ipa. p negationē aūt cointellectā pōt hr̄e rōnē incōicabilis. ⁊ hoc maxie si incōicabilitas non dicit nisi aliquā negationem in genere.

maior

Ois ꝓprietas psonal̄ est primo ⁊ p se i cōicabilis.

**Contra** istā viā arguit̄ sic. nulla negatio est de se incōicabilis: qr sicut n̄ est de se vna neq; indiuisibilis aliqua indiuisiōe: sic nō est d̄ se hec ⁊ incōicabilis. sz tm̄ p affirmationē: cui prio repugnat diuidi. ⁊ p hoc negationi ꝯuenit nō diuidi: ⁊ iō negatiōi nō ꝯuenit prio nō diuidi sz ꝯn̄ter. ita ēt vr̄ d̄ incōicabili: qr cōicari nō repugnat negationi de se sz tm̄ p aliquā affirmationē cui p̄mo cōuenit talis incōicabilitas: ergo negatio nō erit prima rō incommunicabilitatis.

**Respōdeo** negatio principiati i ente est oino incōicabilis: qr oē alid̄ ab vnico ente est principiatū: yn̄ est ista negatio incōicabilis in ente? dico q ex natura entis. qr illi repugnat istā negationē in ipo pluribꝰ cōicari. ¶ Contra. igit̄ illud positiuū est prius incōicabile: nō sequit̄. imo si nō tm̄ vnicū ens eēt principiuz: nec tm̄ vnū eēt nō principiatū instātia iaiato ponēdo q forma mixti manet eadē que priꝰ nō est instātia: qr ⁊ si sic mixto insit inaiatio: ⁊ tū est ꝓpria illi: qr aiatio nō fuit: itaq; q essentia nō vt cū aliqua ꝓprietate: nec vt in aliq̄ psona est pricipiū generādi: ita vt recipiet aliqd̄ priꝰ qūocūq; i re: sz tm̄ sic dicēdo vt actu principiat quo p̄ncipiat quo hoc est vt actu fundat: qr i hac dist. 28. q. vltima dicet̄ q gn̄atio ē oino primo determinata essentie.

maior

¶ Preterea. nulla negatio est ꝓpria alicui subiecto nisi p aliquā affirmationē ꝓpriā ei: quā sequitur talis negatio. ergo prie psone nō est ꝓpria ista negatio nō eē ab alio: nisi qr eidē ꝓpria est aliqua affirmatio prior quā ꝯsequit̄ ista negatio. ista affirmatio prior non pōt esse essentia. ergo aliqua proprietas positiua. ¶ Preterea si p̄ma psona sit incōicabilis formaliter negatiōe. ⁊ scda est incōicabilis relone positiua. s. filiatione. ⁊ tertia silr̄ spiratione passiua. ergo nō vniformiter se hn̄t iste psone in rōne psonalitatis: neq; sunt eque positiue psone. neq; eque pfecte inq̄tū psone: qr nō est eque pfecta psonalitas negatiua: ⁊ ꝓprietas aliqua positiua. Iste rōnes lz forte nō cōuincerēt aduersariū q̄n possent solui: qr tn̄ nō vr̄ ꝓbabile psonaz primā ꝯstitui so

Ois ꝓpietas psonal̄ est ꝓpria ei cui cōuenit.

2

la negatiōe formalr. vel negatio ne formalr esse psonam. iō pōt cō cedi conclusio istarum rationū.

Soluēdo argumēta. 2. op̄.

## Ad argumentū

in oppositū dico sicut dictū ē dis. 26. q li. p̄ter nō exclu dit aliqua psonalia. sz excludit essentialia: ⁊ includit in ꝓprietate inclusa oē psonale illiꝰ psone: vñ ⁊ in gñatiōe includit tā paternitas q̄ spiratio actiua: et est in patre. ⁊ oia psonalia que ꝯueniunt p̄ri. Qd ēt probat p cū alibi vbi noiat paternitatē: filiationē: ⁊ ꝓcessionē. ergo nō intēdebat in primo loco solas illas tres eē ꝓprietates psonales. nec etiā intēdebat illas tres ꝯstitutiuas esse psonales. sz p illas intendebat oēs alias: ⁊ q oia essentialia: que excludunt p li p̄ter sunt vnum in tribus.

## Ad argumenta

M pro opi. prima qr arguit p Aug. de prioritate ingeniti ad paternitatē. Rñdeo aliqñ priuatio non cōnotat affirmationē: ⁊ tñ nunq̄ inest formalr priuatio vt ꝓpria: nisi p̄uato insit formalr talis positio. ¶ Exemplū. cecus nō cōnotat nisi oculū q̄ est cōe subiectuz cecitatis ⁊ visionis. ⁊ tñ nunq̄ in est oculo p solā rōnē oculi: sz per aliquā aliā entitatez positiuam: quā ꝯsequit ista priuatio: puta p talē mixtionē in oculo cū qua nō possit stare visio. Ita pōt dici hic: q lz ingenitū nō cōnotet nisi aliquā psonam subsistentē in essentia diuina: tñ ista affirmatio non est tota rō inherētie huius negationis. que est ingenitū: sz opz in re aliā ꝓprietatē positiuā aliquo mō p̄cedere ingenitū: per quā insit lz nō connotet per ingenitū tā q̄ aliqd ꝓpriū subiectū: ⁊ sm hoc dictū Aug. dz intelligi q ingenitū q̄tum est de per se rōne ingeniti nō cōnotat patrē: nō tñ pōt inesse ꝓprie i re: nisi affirmatio ista vel aliqua alia absoluta vel relatiua siquasi inherentie eiꝰ. ¶ Ad scdm dicit q ista ꝓpositio est vera de primo i ordine qd est ad se. cuius. s. eē nō est esse ad scdm. ita nō est in ordine psonaꝝ habentiū eādē naturā vt in ꝓposito: qr hic primā psonā esse est ordo eiꝰ ad scdam. ⁊ iō ordo ad scdam quasi p̄cedit negationē principij sicut ꝯstitutiuum formale alicuius entis positiui p̄cedit i eo negationē alicuius entis sibi repugnantis.

Que re. vv. hic.

¶ Uel sic. vbi natura primi nōē eadem cū natura scdi. Ibi negatio principiati statim sequit naturā primi antequā intelligat ordo ad scdm. Sz vbi est eadē natura primi ⁊ scdi: negatio principiati nō sequit naturā: sz aliquid ꝓprium illi. illud hic nō pōt esse sm cōem opinionē nisi relatio.

N

¶ Ad tertiū dico q si esset ita sz imaginationē phoꝝ gentiliū: tūc essentia diuina esset determinata ex se ad hāc subsistētiā: ⁊ ꝯstitueret hāc: nō p aliquā negationē: sz seip̄a sm eos: qr esset oino determinata ad hāc: sicut i creaturis hec natura est oino limitata ad hoc suppositū: nūc aūt ponendo ibi esse originē: opz essentiā nō eē oino determinatā ad vnā personā: ⁊ iō nō ꝯstitueret p se aliquaz psonam. Et cū dicit ponere originē nihil aufert essentie: nec illi qd per se ꝯstituit: verū est q nihil aufert: sz ponit oppositum illius hypothesis: ꝓpter quā eēntia de se ꝯstitueret psonā. s. determinationē essentie ad vnicā subsistentiaz

que hypothesis auferret essentie pfectionē: qr videret ponere limitationē: sz oppositū illius hypothesis ponēs originē nō aufert pfectionē: aufert tñ modū incōpossibilez constitutiuum psone qui esset verus ex hypothesi.

Utrum essentia diuina ex se determinet sibi primo gñationē actiuā? ꝙ nō: qr tūc staret i quolibet nō supposito. ¶ Itē relones sunt eque primo in essentia. ¶ Contra. si p aliud prima psona non ꝯstitueret ingenito. ¶ Solutio de determinato ⁊ indeterminato ⁊ determiare ꝯtinentiā. ¶ Cōtra illimitationē essentia determinat qr prima ⁊ aptitudinalis igit actu p aliqd nō per relationē: qr ipa nō est anteqꝫ fundet: nec per aliud infinitū. igit ex se prio dicit adequate immediate primo mō fm intentionē sic rō exemplū ꝯ God. fm extensionē nō imediate: quicqd se hz ad plura ordinez habētia respectu eiꝰ aliud hz primū sic. ⁊ sic exemplū solis. exemplū aie: essentia igit immediatissime se hz ad primā: ⁊ per illā ad scdam inquantum principiū. tz em mediāte ꝯ pductū per diuisionē. ¶ Itē forma se ens modus hic ⁊ ꝯgruentia de triplici pncipio. ¶ Cōtra tripliciter hic modus alius post ad argumenta.

Sic in originali.

## Questio. III.

Ultio hic quero. Utrū prima psona ꝯstituat in esse psonali aliqua relatione positiua ad scdam psonaz? ꝙ nō: arguit primo qr prima psona preitelligit in esse psonali anteqꝫ gignat: agere. n. suppositi est igit preintelligit esse suppositu etiā añqꝫ agat. si aūt ꝯstitueretur relone ad scdam psonam coitelligeret cū ipa exñte scdam psonā esse: ⁊ per ꝯñs scda psona cointelligeret esse añqꝫ prima gigneret: ita scda psona nō eē terminus illius gñationis. ¶ Confirmat rō qr quecūqꝫ sunt simul natura qcunqꝫ vnū est prius ⁊ alterū: relatiua sunt simul natura: ergo si prima psona formalr constituit i esse psonali p relationē ad scdaz quocūqꝫ prima psona prior est in esse psonali: eo ⁊ scda. sz gñatione que ē actio prime psone: videtur prima psona esse prior in esse psonali. igit ⁊ scda. ⁊ vt prius: tūc nō erit terminꝰ formalis gñatiōis ¶ Preterea i oi ordine primū vr eē absolutissimū: sicut appet pcedendo in qbuscunqꝫ ordinibꝰ. ergo ita erit in ordie psonaꝝ: ꝙ prima erit absolutissima: ⁊ ita nō cōstituet p relationē ad secundam. ¶ Contra. prima psona nō constituit in esse psonali deitate: qr non est incōicabilis: nec spiratiōe actiua: qr cōis ē sibi ⁊ filio: nec inascibilitate ex. q. pcedente. ergo pviā diuisionis aliqua relatione positiua ad secundam personam.

In phe. meta.

A

Hic cōiter cōcedit ps affirmatiua qōnis: sz ppter difficultatem primi argumēti distinguit de ipsa relone ꝯstituente primā psonā Uno mō ꝙ ipa pōt ꝯsiderari vt pprietas vl vt relo: vt pprietas pcedit gñationē: vt relo sequit: ⁊ tūc fm ꝙ ꝯstituit primā psonam: nō opz scdam simul esse cū prima lz vt est relatio quasi ꝯñs gñationē opz secundā simul esse cum ea.

Tho. 1. pte sū. qō. 40. ar. 4.

¶ Cōtra istud. Proprietas vt ꝓprietas ē aliq̄ entitas: alioq̄n non cōstitueret aliqd̄ ens: aut igr̄ entitas ad se: aut ad alterꝝ: aut neutrū: entitatē em̄ aliquā esse singularem: q̄ nec sit entitas ad se: nec ad aliud nō vr̄ eē intelligibile. ꝗ opz ꝙ ista entitas formalr̄ vel sit ad se: ⁊ tūc cōstituit personā absolutā: vel ad alterū: ⁊ tūc vt proprietas erit relatio: ⁊ tūc nō euadetur difficultas: lz alia rō sit cōsiderādi eā vt ꝓprietas: ⁊ vt relatio. ¶ Et ꝯfirmari pōt rō ꝑ exemplū: qꝛ ⁊ si albedo possit ꝯsiderari vt albedo vel vt q̄litas: ⁊ si ꝯsideret̄ vt albedo: hoc ē ꝑm ꝓpriā rōnē specificā suā: si aūt vt qualitas: hoc est ꝑm rōnem imperfecti sui gn̄is: tn̄ quicq̄d ꝯstituit̄ albedine vt albedo ē: nō ꝯstituit̄ aliq̄ entitate q̄ nō sit q̄litas: qꝛ albedo etiā vt albedo: includit essentialr̄ qualitatē: ⁊ ē eēntialr̄ q̄litas: ita ꝙ albedo nō pōt ꝯstituere albuz vel aliq̄d in eē albo nisi etiā ꝯstituat in eē q̄litatiuo: ita vr̄ in ꝓposito de ꝓprietate relatiua sic ⁊ sic cōsiderata. ¶ Preterea iste dicit alibi ꝙ ī diuinis nō p̄t eē ordo: qꝛ nec essentie ad relationes: nec relationuz inter se: qꝛ relatiua sunt simul natura: ꝙ si ꝓprietas possit ꝯsiderari eo mō quo nō esset relatio: ⁊ hoc mō nō opz ꝙ hr̄et correlatiuum simul natura argumentum eorum non valeret.

S. bo. li. 1. di. 26. q. 3.

**Aliter distīguit̄** de relone vt relatio est: ⁊ vt origo est. ⁊ ponit̄ ꝙ cōstituat vt origo: non aūt vt relatio: qꝛ rō originis aliquo mō p̄cedit: ⁊ ī ea q̄si fundatur relatio. prima aūt ꝑsona ꝯstituit̄ ꝑ primā originē ibi ꝑ quā distinguit̄. ¶ Cōtra hoc obijcit̄: qꝛ origo vt origo nō ē ꝓpria forma nec ꝑsone in q̄ est: nec persone ad quā est: sz ē q̄si via: ⁊ tūc neq̄ prime ꝑsone ē forma: sz q̄si p̄supponit eaz: nihil aūt ꝯstituit aliq̄d in aliq̄ eē nisi inq̄tū ē forma eiꝰ. Si tn̄ ista via intelligit̄ de distinguere: q̄si p̄ncipiatiue alicuius corrn̄dentis cause effectiue ī creaturis sicut expositū est di. 26. ⁊ nō per modū principij formalis: tūc ista positio posset habere veritatem: nec hoc argumentū esset ꝯ eam.

In op. 3.

**Alio modo** dicit̄ ꝙ sicut eadē actio p̄t diuersimode itelligi. ¶ Inquātū aptitudinalis. ¶ Inquātū potētialis. ¶ Inquātuz futura. ¶ Inquātū actu. ¶ Et iquātum p̄terita: ita relones fundate sup actionē pn̄t diuersimode accipi: vt sit relatio fundata sup gn̄ationē q̄si aliq̄ mō p̄teritā: alio mō vt q̄si pn̄tez: alio mō sup eā: vt q̄si futurā: alio mō sup eā vt q̄si potētialē: ⁊ vlteriꝰ vt q̄si aptitudinalē dicit̄ aūt ꝙ relatio sub p̄ma rōne ꝯstituit primā ꝑsonā: p̄ma aūt rō est rō aptitudinalis: qꝛ illud seq̄tur ad aliud nō ecōuerso: ꝗ gn̄atio tali mō ꝯstituit p̄rez: ⁊ hoc mō significat̄ ꝑ hoc qd̄ ē gn̄atiuitas.

